T. 1 hinter T 2 gebunden.

**Sancti Thome de aquino ſup libris Bo-
ety de conſolatione philoſophie comentũ
cũ expoſitione feliciter incipit.**

Philoſophie ſeruias opor-
tet ut tibi contingat vera
libertas. Hec ſunt verba
Senece. viii. epiſtola ad
Lucillũ. quia vocari phi-
loſophiã ſciẽtiã veritatis
recte ſe habet ex ſcđo methaphiſice
& philoſophia affert delectationes
mirabiles firmitate & puritate ex de-
cimo ethicoꝝ. Et multis uiſa ẽ phia
res mirabilis & diuina ex de celo & mũdo
Ariſtotilis. Item ꝙ nulla ſcientia ſimi-
lis eſt philoſophie que clarificat animam
& facit delectari eam in hoc ſeculo in per-
fectione & rectitudine ex libro de pomo &
morte. Et philoſophia trahit hominem ab
obſcuritate ignorantie ad ſcientiã. a tene-
bris ſtultitie ad lucẽ ſapientie & ad clari-
tatem intellectꝰ. ex eodẽ libro Ariſtotilis.
Item quia philoſophia a ſuperſtitione li-
berat metu mortis non conturbat ſecundũ
Tuliũ in libro de finibꝰ bonoꝝ & maloꝝ.
Ideo Seneca has & cõſimiles cõditiones
& effectus laudabiles phie aduertens hor-
tatᷣ nos ad ſeruitium phie in propoſitione
propoſita ſic dicẽs. Phie ſeruias oportet.
Que quidem propoſitio poteſt ꝓbari multis
rationibꝰ. Primo ſic. Illi oportet ſeruire
ꝑ cuius ſeruitutẽ homini cõtingit vera li-
bertas. ſed phia ẽ huiuſmodi. igitᷣ. Ma-
ior nota. quia libertas eſt nobiliſſima cõ-
ditio quã natura humana deſiderat & af-
fectat. Minor patet per eundẽ Senecam.
qui poſtquã premiſit propoſitionẽ iſtam.
phie ſeruias oportet. ſubiungit ut tibi cõ-
tingat vera libertas. & paucis interpoſitis
dicit. hoc enim ſcꝫ ipm̃ ſeruire phie liber-
tas ẽ. Probatᷣ ſecũdo ſic. Illi oportet ſer-
uire qđ animũ perficit. uitã diſponit. ac-
tiones regit. agẽda & obmittenda demon-
ſtrat & ſine quo nemo eſt ſecurus. phia eſt
huiuſmodi. igitᷣ & cetera. Maior nota. Nã
iſte cõditiones ſunt de perfectione hominis

Minor declaratᷣ per Senecã. xvi. epiſtola
ad lucillum loquens de philoſophia dicit.
Hec animũ format & fabricat. uitã diſpo-
nit. actiones regit & obmittẽda demõſtrat
ſedet ad gubernandum errantia. fluctuan-
tium dirigit curſum. ſed ſine hac nemo ẽ
ſecurus. Probatᷣ tertio ſic. Illi eſt ſerui-
endum quod tradit cognitioni vltimi finis
magnum incrementum. philoſophia eſt
huiuſmodi igitᷣ & cetera. Maior nota. quia
cognitio vltimi finis magnũ incrementum
cõfert ad uitam ex primo ethicoꝝ. Minor
declaratᷣ. Nam vltimus finis uite humane
eſt beatitudo cuius cognitionem phia tra-
dit. Dicit enĩ phia in tertio de conſolatione
ꝓſa ſecũda. ꝙ beatitudo eſt ſtatus omniũ
bonoꝝ aggregatione perfectus. Et ĩ eodem
tertio oſtendit phia in quo ſit vera beatitu-
do & quomodo ad eam perueniatᷣ. Probatᷣ
quarto. Illi oportet ſeruire quod facit ho-
minem parem deo. phia ẽ huiuſmodi igitᷣ
& cetera. Maior nota de ſe. Minor patet ꝑ
Senecã. xlix. epiſtola ad lucillum. qui di-
cit. Hoc enĩ mihi phia ꝓmittit ut me parẽ
deo reddit. Probatᷣ quinto. Illi ẽ ſeruiẽ-
dũ qđ ẽ magiſtra omniũ ſcientiaꝝ. nutrix
omnium uirtutum. ſummũ ſolatium lap-
ſoꝝ animoꝝ. quod eſt premiũ veri luminis
& cuius exhortatio eſt recta ſui autoritate
digniſſima. philoſophia ẽ huiuſmodi igitᷣ
& cetera. Maior nota. quia rõnabilitᷣ ꝯpetᷣ
his conditiones laudabiles alicui ſeruitᷣ.
Minor declaratᷣ. Nam phia eſt magiſtra
omniũ uirtutum ex primo de conſolatione
ꝓſa tertia. Ipſa eſt nutrix omniũ uirtutũ
ſecũdo de conſolatione ꝓſa quarta. Ipſa ẽ
ſummum ſolatium lapſoꝝ animoꝝ tertio
de cõſolatione ꝓſa prima. Ipſa eſt premia
veri luminis quarto de conſolatione proſa
prima. & eius exhortatio eſt recta ſui au-
toritate digniſſima quinto de conſolatione
ꝓſa prima. Hic ergo patet propoſitio de-
clarata que dicit. Phie ſeruias oportet.
Sed diceres. quid mihi ꝓdeſt phia ſi fatũ
eſt. quid mihi prodeſt phia ſi deus rector
eſt. quid mihi prodeſt phia ſi caſus imꝑat
Ad hoc reſpondet Seneca. xiii. epiſtola

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

ſua · ſiue in exorabili lege fati nos ſtringāt
ſiue deus arbiter vniuerſis cuncta diſpoīt
ſiue caſus actiones humanas ſine ordine ꝑ-
miſcet · adhuc philoſophie inſiſtendū eſt ·
Philoſodhia enim nos tueri habet · hec enī
exhortatur ut libenter deo placeamus ut
ipſum ſequamur ut cōtinue fortune reſiſta-
mus & ut caſum feramus · Licet aūt ōnes
homines natura ſcire deſiderēt · tamē pau-
ci de quo dolor eſt philoſophie vacant · qđ
ideo contingit quia plures obmiſſis delec-
tationibꝫ interioribꝫ ad delectationes refu-
giunt corporales · Non tamē oportet delec-
tationes corporales eſſe eligibiliores interi-
oribꝫ · quia delectationes corporales īpediūt
a ſummo bono · interiores autē ad id ꝓmo-
uent · Vnde Boetius in tractatu de ſum-
mo bono dicit · dolere debēt qui delectatio-
nibꝫ ſenſualibꝫ detinent͛ bona interiora ob-
mittēdo · Nā dediti bonis ſenſualibꝫ ſumma
bona non attingunt · Quos homines ſenſu-
ales Boeti⁹ · iiii · de cōſolatione proſa · iiii ·
cōparat veſpertilionibꝫ dicēs · Nequeūt enī
oculos ſuos tenebris aſſuetos ad lucē per-
ſpicue veritatis attollere · ſimileſq; ſunt a-
uibꝫ quarum intuitum nox illuminat dies
excecat · Et licet homīes ſenſuales & vul-
gares non magnificent nomen philoſo-
phie · ſed magis blaſphemant · nihilomi-
nus tamē ipſa philoſophia in ſua dignita-
te perſeuerat · teſte Seneca · xiiii · epiſto-
la ad Lucillum · Nunquam inualeſcet ad
tantum malitia · neq; ad tantum excedit͛
contra uirtutes ut non nomen phie ſacrū
& venerabile ꝑmaneat Sed diceres phi-
loſophari non valeo quia pauper ſum · ſed
ſi diuitias habuero totum me phie dabo ·
& hoc uidet͛ rationabile · quia natura per ſe
non ē ſuffitiens ad ſpeculandū · ſed oportet
cibum & potum & reliquū famulatum pre-
exiſtere · & pro tāto ſacerdotes in egipto
habitis neceſſariȷs ꝓpter āmirari ceperūt
philoſophari · Hec excuſatio ratione pau-
pertatis non valet · audi Senecam · xvii ·
epl'a ad Lucillū qui dicit · Nō ē q̄ nos pau-
pertas a philoſophia reuocet · tolleranda
enim eſt fames quā tollerauerūt quidā in
obſidionibꝫ · & quid aliud erat premiū pa-
tientie illorum q̄ꝫ in arbitrium non cadere
ſcꝫ inimicoꝝ · quanto magis eſt quod pro-
mittit͛ perpetua libertas · nullius hominis
timor & quod animum liberat a furoribꝫ ·
multis enim ad philoſophandū obſtitere
diuitie · Paupertas autē expedita ſecura ē ·
ſi vis animo vacare pauper ſis oportet aut
pauperi ſimilis · quia nō poteſt ſtudium ſa-
lutare fieri ſine cura fragilitatis · fragilitas
autem eſt voluntaria paupertas · hec Se-
neca · Verum eſt igit͛ ad philoſophādum
exigunt͛ neceſſaria · ſed ſuffitiunt homini
pauca non enim oportet futurum felicem
deū terre & maris eſſe · quia natura paucis
minimiſq; contenta eſt ex ſecūdo de cōſola-
tione proſa quinta · Proice ergo omnia a
te & ad philoſophiam magno curſu totiſq;
uiribꝫ intēde · hec Seneca · xvii · epiſtola
ad lucillū · Philoſophie ergo ſeruias opor-
tet ut tibi contingat vera libertas · ut tibi
contingat vera ſecuritas ut tibi innoteſcat
felicitas ut par deo fias · & precipue ut in
aduerſitatibus & tribulationibus poſitus
per ipſam veriſſime cōſoleris exemplo Bo-
etȷ · quem philoſophia in exilium relega-
tum · ab omnibꝫ bonis pulſum · dignitatibꝫ
exutum · multis miſerȷs afflictum dul-
ciſſime conſolabatur · de cuius philoſophie
conſolatione agitur in libro Boetȷ qui in-
titulat͛ liber de conſolatione philoſophie ·
de quo ad preſens noſtra eſt intentio · hec
ſuffitiant de introductione huius libri ·
Sed anteq̄ꝫ ad litteram accedamus quinq;
ſunt premittēda · Primū de cauſa ſuſcepti
operis · Secundum de cauſis huius libri ·
Tertiū de titulo huius libri & eius expoſi-
tione · Quartū de cauſa intitulationis pre-
ſentis libri · Quintum de generali ſumma &
ſententia huius libri · ¶ Circa primum
uidelicet circa cauſā ſuſcepti operis quare
Boetius hunc librum conſcripſit eſt ſci-
endum · Q: Boetius uir eximius conſul
Roman⁹ · fide catholicus extitit · qui diſ-
putans de fide catholica contra duos he-
reticos ſcꝫ contra Neſtoriū & Eutitē · cum
nullus eſſet qui eis reſiſteret Boeti⁹ ipos

in communi concilio deuicit ſicut patet in
libro ſuo de duabꝰ naturis ĩ chriſto. Tpe
vero Theodorici regis gottorũ cum idem
Theodoricus tyrannidem ſuã contra Ro-
manos vellet exercere. & quoſlibet bonos
opprimere. Boetius uirtute dei armatus
plus omnibꝰ alyͤs ſibi reſtitit. & quos ty-
rãnica rabies ĩuaſerat Boe⁹ amore iuſtitie
exponẽs ſe piculis ipſos liberauit. Vidẽs
aũt Theodoricus rex gottorũ ſolũ ipſum
Boetiũ ſibi reſiſtentem cogitabat qualiter
ipſum pderet. & cũ iuſtã cauſã contra eũ
nõ inueniret duas falſas cauſas cõfinxit.
Dixit enĩ Boetium impediuiſſe quendam
delatorẽ ſibi litterarꝫ q̃ continebãt accuſa-
tionem ſenatus Romanorꝫ ut ſic ſenatus
redderet̃ reus leſe maieſtatis. hanc cauſã
tangit Boetius proſa quarta huius primi
dicens. Delatorẽ ne documenta deferret
quibꝰ ſenatũ maieſtatis reũ faceret impe-
diſſe criminamur. Secunda. accuſabatur
Boetius q͛ quaſdam litteras direxiſſet ad
imperatorẽ Conſtantinopolitanũ p quas
reſtitueret libertatẽ priſtinã ipſis Romanis
hanc cauſam tangit Boetius eadem proſa
ſic dicens. Nã de compoſitis falſo litteris
quibꝰ libertatem arguor ſperaſſe Romanã
quid attinet dicere. His de cauſis Boeti⁹
p uiles perſonas & infames accuſatus in-
defenſus reus ẽ iudicatus & a rege Theo-
dorico Papie in exiliũ relegatus. Boeti⁹
aũt in exilio poſitus preteritã pſperitatem
ſecum reputans & pſentem aduerſitatem
conſiderãs. ne aliquis homo in ſimili ſtatu
poſitus deſperaret ſed vnde conſolaret̃ ha-
beret. philoſophicã conſolationẽ cõpoſuit
cõtra mutabilitatẽ fortũe. Ex quibꝰ dictis
patet q͛ cauſa ſuſcepti operis ẽ illa. q̃ten⁹
Boetius ſe in exiliũ relegatũ ab omnibus
bonis depulſum. dignitatibꝰ exutũ philo-
ſophice ſe tueret̃ volẽs ꝯſolari quẽlibet ho-
minẽ ĩ ſimili ſtatu poſitũ ne deſperet ſimi-
lit̃ eſſe cõtuendũ ¶ Secũdo uidendũ eſt de
cauſis hui⁹ libri. cuius cauſa efficiens fuit
Boeti⁹. qui deſcribens materiã hui⁹ libri
utit̃ tam proſa q̃ꝫ metro. immitat⁹ Mar-
tianum felicem capellã qui in deſcribendo
nuptias mercuryͤ & philogie hoc ſtilo uſus
eſt. de quo fit mentio ĩ theodolo vbi dicit̃
egregiã ſobolẽ cui p ſtilbontis amorem ui
ſuperũ magna ſotiaſti teſte capella. Licet
ille liber Boetyͤ multũ excellat librũ Mar-
tiani tam nobilitate materie q̃ꝫ priuilegio
eloquentie. Boetius enĩ nec Tulio in pſa
nec Virgilio in metro minor reputatur.
Vtit̃ aũt Boetius in hoc libro pſa in qua
ponit rationes ad conſolandum Boetium
pbando q͛ non ſit dolendum de amiſſione
rerũ temporalium. Vtit̃ autẽ metro de-
lectabili ut dum audiatur meror obliuioni
tradatur. Cauſa materialis huius libri eſt
philoſophica conſolatio ordinata ad con-
temptum mundanorꝫ & ad appetitũ ſum-
me felicitatis. vel philoſophica conſolatio
perſuadens neminẽ extolli in proſperis nec
deprimi in aduerſis. vel aliter. cauſa ma-
terialis ſiue ſubiectum huius libri eſt ſtat⁹
miſerabilis Boetyͤ philoſophica cõſolatio-
ne ſuperinducta. Cauſa formalis tractatus
huius libri cõſiſtit in eius diuiſione de qua
uidebit̃ poſt. Cauſa aũt formalis tractãdi
eſt modus agendi Boetyͤ. & eſt dialogus
id eſt ſermo duorꝫ. Introducit enim Boe-
tius in hoc libro duas pſonas ſcꝫ ſeipſum
ſuam miſeriam deplangentem & philoſo-
phiam ſibi condolentem & ipſum ſup ſua
miſeria cõſolantem & hoc eſt rationabile.
Nam ſecundum beatũ Gregorium. Ver⁹
ordo conſolationis eſt ut cũ volumus ali-
quem a merore ſuſpendere. primo ſtudea-
mus luctui eius concordare. vel ideo cauſa
formalis eſt dialogus quia in quadã parte
huius primi libri philoſophia introducit
fortunam ipſum Boetium alloquentẽ vbi
incidit quedã figura tropi que vocat̃ etho-
peia. de qua dicit grecimus ac introducit
aliquos de ethopeia loquentes ut cum for-
tuna loquit̃ Boetius ipſa. Vel poteſt dici
ſecundum cõmuniter loquentes q͛ cauſa
formalis tractandi eſt quintuplex. diffini-
tiua. diuiſiua. probatiua. improbatiua.
exemplorꝫ poſitiua ſicut uidebit̃ in libro.
Cauſa finalis huius libri eſt. ut ipſo cog-
nito noſipſos & quoſlibet alios in aduerſi-

tatibꝰ & tribulatione poſitos philoſophica
conſolatione tueamur · Et ne extollamur
ĩ proſperis & deprimamur in aduerſis
¶ Tertio uidendum eſt de titulo huius libri
& de eius expoſitione · Vnde ſciendum ꝙ
titulus ſecundum Remigium ſuꝑ donato
eſt clauis ſiue ingreſſus operis ſequentis ·
Et dicit̃ titulus a tytan quod eſt ſol · ſicut
enim ſol illuminat mundum ſic titulus li-
brum · Et preponit̃ titulus libro ad con-
ſumationem operis & ad laudem autoris ·
Eſt ergo titulus preſentis libri talis · Ami-
ci Manlÿ Torquati Seuerini Exconſulis
Patricÿ Ordinarÿ Boetÿ viri illuſtris
incipit liber de conſolatione philoſophie ·
¶ Sed querit̃ q̄re tot nomina ꝓpria po-
nunt̃ in titulo · Dicunt aliqui ꝙ forte cō-
ſuetudo fuit Romanoꝝ vt ſic nomina aſ-
ſcriberent ſuoꝝ auoꝝ & predeceſſoꝝ · vel
aliter poteſt dici ꝙ plura nomina ponunt̃
in titulo propter honorem & laudem ipſius
Boetÿ quia ſecundum Senecam in libro
de clementia ad Neronem · Multa cogno-
mina honori data ſunt · Sicut enim vilis
perſona non vult nominari niſi vno noīe ·
quia quanto plus nominatur tanto plus
cognoſcit̃ & tanto magis ſordeſcit · Sic
honeſta perſona vult nominari pluribus
nominibus vt ſic magis innoteſcat & cla-
reſcat alÿs ſua fama · nā omne bonum in
conmune deductū magis eluceſcit ¶ Ex-
ponit̃ aūt iſte titulus ſic · Boetius dictus
fuit auitius a quodam nobili Romano ſic
dicto de cuius genere ipſe fuit · vel dictus
auitius quaſi inuictus ab a quod eſt ſine
& uicos victoria · nūꝙ̃ eñ Boetius vinci
potuit vt flecteret̃ a iure ad iniuſtitiam ·
ſicut ipſe teſtatur · iiii · proſa huius libri
primi dicens · Nunꝙ̃ a iure ad iniuriam
me quiſꝙ̃ detraxit · Secūdo Boetius dic-
tus fuit Manliꝰ · quia de genere manlioꝝ
fuit qui erāt nobiles romani · Tertio Bo-
etius dictus fuit Torquatus a quodam
nobili romano ſic dicto · qui cum ſingulare
bellum iniret cum quodam de gallia ipm̄
deuicit & torquem in collo habentem ſibi
abſtulit · cuius ratione dictus fuit Torq̄tꝰ
de cuius genere fuit Boetius · Quarto Bo-
etius dictus fuit Seuerinus a ſeueritate ·
Seuerus enim fuit cum Theodorico regi
Gottoꝝ ſe oppoſuit · vel dictus fuit Seue-
rinus quaſi ſequens veritatem · nunꝙ̃ eñ
in iudicÿs vel amore vel odio flecti potuit
a veritate · Quinto Boetiꝰ dictus fuit Ex-
conſul quaſi vnus ex conſulibꝰ Romanoꝝ
vel excōſul quaſi extra cōſolatū poſitus quē
prius habuit · Exconſulares dicebant̃ qui
iam depoſuerant conſolatum & licet ab ho-
nore conſulatus ceſſarēt tamē poſtea plus
alÿs in magna reuerētia habebant̃ · Sex-
to dictus fuit Patritius a nobiliſſimo ro-
mano ſic dicto de cuius genere fuit Boe-
tius · vel alio modo Patritÿ dicebant̃ no
biles Romani qui prouidebant reipublice
ſicut pater filio quoꝝ nomina ſcripta erāt
aureis litteris & ideo dicebant̃ patres de
quoꝝ numero fuit vnus patritius Boetiꝰ
propter qd̄ dictꝰ fuit Patritius · Septi-
mo dicebat̃ Ordinarius quia rem publicā
ordinauit · vel aliter · ordinarÿ dicebant̃
qui tante dignitatis erant vt quolibet or-
dine digni eſſent & ſic fuit Boetiꝰ · Octa-
uo nomine ꝓprio dictus fuit Boetiꝰ quod
interpretatur adiutor quia in neceſſitate
pauperibꝰ ſubueniebat ¶ Quarto uidendū
ē de cauſa intitulationis huius libri · In-
titulatur iſte liber de cōſolatione philoſo-
phica · Vbi ſciendum philoſophica conſo-
latio dicit̃ rationabilis demōſtratio decla-
rans · de cuius āmiſſione non eſt dolendū
& de cuius poſſeſſione nō ſit gaudendū &
quia hoc pertractat̃ in preſenti libro ideo
ſic intitulat̃ ¶ Quinto videndū ē de ge-
nerali ſumma huius totius libri · Vbi ſci-
endum ꝙ Boetius in hoc libro oſtendit
bona temporalia eſſe tranſitoria & non cō-
ſiſtere totaliter in eis totalem veram feli-
citatem & per cōſequens non eſt dolendū
de eoꝝ abſentia · nec gaudendum de eorū
preſentia · & neminem debere extolli in ꝓ-
ſperis nec deprimi in aduerſis · Oſtendit̃
etiam in preſenti libro quid ſit ſummum
bonum · vbi ſit ſitū & quomodo ad ipſum
ꝑueniat̃ · Etiam oſtendit̃ ꝙ boni ſemper

ſunt potētes & mali ſemꝑ ſunt impotētes
& ꝙ bonis nūꝙ̄ deſunt ſua premia · malis
nunꝙ̄ ſua ſupplitia · Poſt hoc oſtenditur
quid ſit diuina prouidentia · quid caſus ·
quid fatum · quid liberum arbitrium · Et
ponit Boetius rationes quibꝫ probat libe-
rum arbitriū non poſſe ſtare cū prouidētia
diuina · & ponit quondā falſam ſolutionē
& eam improbat · poſtea oſtendit veram
ſolutionem quā rationibꝫ cōfirmat · Jſta &
alia plura pulchra determinātꝰ in hoc libro
ſicut patebit inſequentibꝫ ·
CArmina qui quondā · Preſens
liber Boetÿ prima ſui diuiſione
diuiditꝰ in quinqꝫ partes ſcđm
ꝙ ponit quinqꝫ libros partiales
quos continet · Jn primo conqueritꝰ ſe mi-
ſeryꝫ ſubiectū · Jn ſecundo ponit remedia
conſolatiua · Jn tertio determinat de vera
felicitate in quo ſit ſita & quomodo ad eā
ꝑueniatꝰ · Jn quarto mouet quaſdā queſti-
ones ipſi philoſophie · Jn quinto determi-
nat de caſu & ꝓuidentia diuina · Primus
liber īcipit hic Carmina · Secūdꝰ liber in-
cipit ibi Poſt hec pauliſper · Tertiꝰ ibi Jā
cantū illa finiuerat · quartus ibi Hec cum
philoſophia · quintus ibi Dixerat oratio-
niſqꝫ curſum · quid & de quo agatꝰ in quo-
libet libro patebit loco ſuo · Primus liber
diuiditꝰ in · xiii · partes · quia huius primi
libri ſunt ſeptem metra & ſex ꝓſe q̄ partes
patebūt · que autem ſit materia & intentio
cuiuſlibet ꝑtis ſimilitꝰ patebit ¶ Notandū
autem ꝙ primū metrum huius primi libri
vocatꝰ elegiacū · Eſt aūt metꝝ elegiacū qđ
conſtat ex vno verſu exametro id eſt ſex
pedū & alio pentametro id ē quinqꝫ pedū ·
Et dicitꝰ elegiacū ab eleÿs quod ē miſeria
elegia enim eſt miſeria · Metꝝ enī elegiacū
inuentū fuit ꝓ deſcribenda miſeria · ꝙ̄uis
eo hodie aliqui utuntꝰ ad alia deſcribenda ·
vnde Oratius · Vſibus impiter in cunctis
querimonia primum · Poſt hec incluſa eſt
voci ſentētia cōpos · quis aūt fuerit primꝰ
adinuentor talis metri elegiaci dubitatꝰ ·
Vnde Oratius · quis tā exiguos eleÿos
emiſerit autor · Gramatici certāt & adhuc
ſub iudice lis eſt · Et diuiditꝰ hoc primum
metrū in quattuor partes · primo Boetiꝰ
deplangit ſtatū ſue miſerie ex parte ꝑmu-
tationis ſtudÿ · ſecundo ex parte defectus
corporalis · tertio ex ꝑte ꝓlongationis uite
miſerabilis · quarto apoſtrophat cōtra ſuos
amicos · ſecūda ibi gloria felicis · tertia ꝑs
ibi Mors hominum felix · quarta ibi Quid
me felicem · primo facit qđ dictū eſt · ſcđo
approbat dictum ſuū ibi Ecce mihi lacere ·
dicit primo · Ego Boetius qui quondam
tempore proſperitatis ſtudio meo florente
peregi id eſt compoſui carmina ſuple delec-
tabilia & iocunda nūc tēpore aduerſitatis
flebilis id eſt dignus ut defleā · vel flebilis
id ē triſtis cogor inire id ē īchoare meſtos
modos id ē triſtia metra de mea miſeria ·
¶ Notandū ſicut dictū fuit prius Boetiꝰ
utitꝰ in hoc libro tam ꝓſa ꝙ̄ metro · metro
quia talis modꝰ ſcribēdi magis fuit cōueni-
ens ſue materie · ſicut enī potio curatiua que
amara eſt delectabilius ſumitur ſi fuerit
aliqua dulcedine ꝑmixta · ſic rationes phie
in ꝓſa tradite libentiꝰ a Boetio ſuſcipiūtꝰ
ſi fuerint iocunditate metri dulcorate · Et
ideo Boetiꝰ nūc utitꝰ metro nūc ꝓſa quia
alternatis uti delectabilius ē · vnde autor
poetrie · Quod ſapit inſipidum uitioſa fre-
quentia reddit ¶ Jtē nota ꝙ Boetiꝰ potiꝰ
incipit librū ſuum a metro ꝙ̄ a ꝓſa · quia
modus ſcribendi metricus magis fuit uſi-
tatus apud antiquos ꝙ̄ ꝓſaÿcus · vel ideo
quia metrū eſt delectabilius proſa ut ergo
magis alliciat audientes ad ſuū librū ideo
in principio libri ſui utitꝰ metro · Jtē nota
circa litterā ꝙ carmina vno modo dicuntꝰ
ſcripta metrica certis pedibus menſurata ·
Alio mō dicuntꝰ q̄cūqꝫ dicta vel ſcripta etiā
proſaÿca q̄ ſunt de re delectabili · Boetius
aūt florente ſtudio cōpoſuit ut plurimum
carmina ꝓſayca de re delectabili ¶ Edidit
enī quedā carmina philoſophica · quedam
logicalia · quedā theologicalia ſicut patet
reſpicienti eius diuerſos libros · Tempore
aūt aduerſitatis cogebatꝰ Boetius ad cō-
ponēdum carmina metrica triſtia ¶ Jtem
nota ſtudiū eſt vehemēs applicatio animi

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

ad aliquid agendum cum bona voluntate.
dico cū bona voluntate quia in maliuolam
animā nō introibit ſapiētia hec Salomon.
Et perfectio diſcipuli in tribus conſiſtit ex
Boetio de diſciplina ſcolariū in attentione
docilitate & beniuolētia. homini enī nolēti
ſcientiā & ut oportet ſtudenti impoſſibilis
ē poſſeſſio boni Euſtratius primo ethicoꝝ.
Item nota ꝙ duplex eſt ſtudiū florens
& aridū. ad ſtudiū florens tria exigunt̃.
Primo requiritur iuuentus. quia iuuenes
ꝓſpicatiores ſunt ſenibus. ſenes aūt magis
ſunt immemores. Secūdo requirit̃ habit⁹
neceſſariorum. quia natura per ſe non eſt
ſuffitiens ad ſpeculandū ſed oportet neceſ-
ſaria exiſtere. ex quarto ethicoꝝ. Tertio
requirit̃ animi tranquillitas que contingit
ꝑ ſedationē paſſionū. quia anima ī quiete
& reſidētia fit prudens. vii. phiſicoꝝ. Vbi
enī paſſiones dominant̃ ibi intellectus ob-
ſcurat̃. ideo Boetius in fine huius primi
hortando nos ad fugam paſſionum dicit.
Gaudia pelle pelle timorē. Spemq̨ fugato
nec dolor adſit. Nubila mens eſt uinctaq̨
frenis. Hec vbi regnant. Studiū autem
aridum eſt ad quod concurrūt oppoſite cō-
ditiones ſcilicet ſenectus. neceſſarioꝝ de-
fectus & animi ꝑturbatio Nota ꝙ verſus
de miſeria dicunt̃ meſti modi. dicunt̃ enī
modi a modulando quia pedibꝫ modulant̃
& dicunt̃ meſti ratione materie quia ſunt
de triſti materia ſcꝫ aduerſitatis Nota ꝙ
in primis duobꝫ verſibꝫ notat̃ antiteſis id
eſt contrapoſitio. dicit̃ enī in primo verſu
quondā ꝑegi cui contrariat̃ in ſcđo verſu
cogor inire id eſt inchoare. Itē dicitur in
primo verſu florente ſtudio cui contrariat̃
in ſecundo flebilis. Item dicitur in primo
verſu carmina ſuple iocunda cui cōtrariat̃
in ſecūdo meſtos modos Itē notādū ꝙ
Boetius rationabiliter deplangit ſtatū ſuū
ex parte ꝑmutationis ſtudij philoſophici
quod verſum fuit ī ſtudiū poeticū quo nūc
cogebat̃ uti. Propoſuit enī Boetius dolo-
rem ſuū metrice conſcribere & nō philoſo-
phice cōſolari. nam ſtudium philoſophicū
eſt ſtudiū veritatis. quia ſecundo metha-

phiſice vocari phiam ſcientiam veritatis
recte ſe habet. ſtudiū aūt poeticū ē ſtudiū
falſitatis. nam ex prohemio methaphiſice
ſcđm ꝓuerbiū mentiūt̃ multa poete. Itē
ꝑ ſtudiū philoſophicū acquirit̃ beatitudo
ex. x. ethicoꝝ. Per ſtudiū autem poeticū
falſitatis certitudo ex. ii. methaphiſice:.
Ecce mihi lacere:. Hic Boetius approbat
dictū ſuū. Dixit enī ꝙ cogat̃ inire meſtos
modos hoc ipſe ꝓbat. ſecundo reſpondet
queſtioni ibi Has ſaltem. primo dicit. Bn̄
dixi ꝙ cogor īire meſtos modos. Ecce de-
monſtratio hui⁹ ad ſenſum nā camene id
eſt muſe poetice lacere id ē lacerātes men-
tes hominū ille dictāt mihi dicta ſcribēda
ſuple carmina metrica & elegi id ē verſus
miſerie quos muſe mihi dictant illi rigant
id ē humectant ora id ē faciem meā veris
fletibꝫ Notandum ꝙ ſcđm poetas. ix.
fingunt̃ fuiſſe muſe in mōte Elicone iuxta
fontem caballinum. de quo fonte loquitur
Perſius ī principio libri ſui dicēs. Fōte ca-
ballino & cetera. que muſe fingūt̃ poetis
miniſtraſſe ſciētiā componēdi carmina me-
trica. & iſte muſe poetice vocabant̃ came-
ne q̄ſi canētes amene eo ꝙ multū delectāt
homines ratione metri Nota ꝙ ille muſe
poetice dicūt̃ lacere actiue quia lacerant id
eſt diſtrahunt mentes hominū ſubicientes
ipſas diuerſis paſſionibꝫ nūc paſſioni amo-
ris nūc doloris ſicut patet ꝑ Ouidium de
amore tractantē & ꝑ alios poetas. Vel di-
cunt̃ lacere paſſiue ratione poematū ſuorū
que poemata dicunt̃ lacera quia non ſunt
firmitate rationū ſtabilita. Vbi notandū
ꝙ quedā carmina dicūt̃ integra q̄dā lacera
Integra ſunt carmina philoſophica nulla
falſitate ꝑmixta. ſed firmitate rationum
ſtabilita & animū firmant. Lacera ſunt
carmina poetica q̄ nō inſtruūt hominē nec
conſolantur ſed lacerant id eſt diſtrahunt
mentes hominū nūc reducendo homini ad
memoriā voluptates. nunc dolorem nunc
alias paſſiones Itē notandū verſus elegi
principaliter inuenti fuerūt ꝓpter miſeriā
deſcribendā. & quia hos verſus muſe dic-
tabant Boetio per quos Boetius magis

ſuã miſeriã reduxit ad memoriã ꝙ per eos
conſolaret̃ ideo elegi erant cauſa ipſi Bo-
etio veri fletus. Item notandũ duplex eſt
fletus adulatorius & verus. adulatorius
qui eſt fictus qualis eſt fletus amaſie. Si
enĩ dixerit amaſius ad amaſiã non diligis
me. ipſa incipit flere. quare. ut ꝑ fletum
firmi⁹ ipſum poſſit tenere. cũ aũt nũmos
non poterit extorquere ab ipſo dicit vade
gartio te non novi vere. Alius eſt fletus
verus qui ex vero cordis dolore & ex vera
pietate ꝓcedit. & ad talem fletũ Boetius
ꝓvocatus fuit ꝑ muſas dictantes ſibi car-
mina ¶ Notandũ ꝙ hec dictio elegi poteſt
exponi dupliciter. vno modo ꝙ teneatur
nominative & tunc eſt ſenſus elegi id eſt
vſus miſerie rigant ora mea fletibꝰ. Alio
modo ꝙ teneat̃ genitive & tunc ẽ ſenſus
camene rigant veris fletibus ora elegi id
eſt miſeri hominis. quia elegus. a. ũ. id ẽ
miſer. ra. rũ ſecundũ Huguitionem.
Has ſaltem nullus. Hic Boetius reſpon-
dit tacite q̃ſtioni ¶ Quereret aliquis quo-
modo muſe dictant tibi carmina ſcribẽda
cum ſis in exilium relegatus quia intraſti
ſine omni comitiva. Ad hoc reſpõdet Bo-
etius. Licet omnes amici mei dereliqueſ-
runt me in exilio propter timorem impe-
rialem. tamen has muſas nullus terror
imperialis potuit vincere quin ſequerent̃
me noſtrum iter vſ in exilium dictantes
nobis carmina ¶ Notãdum licet bona ex-
teriora poſſunt auferri ab homine per vi-
olentiam. ſicut per furtum ꝑ rapinam per
incendium. tamen ſcientia non poteſt auf-
ferri ab homine. non enim ſcientia violẽ-
tia auffert̃ nec vetuſtate conſumitur nec
triſtitia minuit̃. vnde Seneca. ix. epi-
ſtola ad lucillum recitat. Quod cum ſtilbõ
capta patria ãmiſſis liberis ãmiſſa vxore
ſua & alijs bonis ſolus ab incẽdio exierat.
Requiſitus fuit a Deometrico nũquid om
nia perdidiſſet. reſpondit nihil perdidi ſed
omnia bona mea mecũ ſunt iuſtitia virt⁹
& prudentia & hoc innuit Boetius dicens
Muſas ſe non reliquiſſe. vnde etiã Alan⁹
de plãctu nature de ſcientia dicit. Super
omnem poſſeſſionẽ generoſa emanat poſ-
ſeſſio q̃ ſparſa colligit̃ erogata revertit̃
publica ſuſcepit incrementum per quam
nobilis theſaurus ſecretis penetrabilibus
naſcitur effectus eterne delectationis ac-
quiritur. hec eſt ſol per quem mẽs dieſcit
a tenebris cordis oculos delitioſa animi
paradiſus hec immortalẽ ex mortali facit
& caducum hominem in deum deifice mu-
tationis auctoritate cõvertit ¶ Nota circa
hãc dictionem ſaltim ꝙ tres dictiones ꝓ-
ferri poſſunt per tim que deberent ꝓferri
per tem vnde proferimus ſaltim pro ſaltẽ
timpus ꝓ tempus extimplo ꝓ extẽplo
quod eſt cõtra huguitionẽ qui dicit. Tim
tria deteſtor extimplo timpora ſaltim:.
Gloria felicis:. Hic Boeti⁹ deplãgit ſta-
tum ſuũ ex parte defectus corporalis. Et
primo proponit eum in generali. ſecundo
in ſpetiali. ſecunda ibi venit enim. Dicit
primo quondã cõſolabãtur me gloria fe-
licis id eſt ꝓſpere iuventutis & gloria vi-
ridis iuvente id eſt delectabilis iuvẽtutis
ſed nunc fata id ẽ evẽtus meſti ſenis id ẽ
triſtis ſenectutis ſolantur id eſt cõſolãtur
mea id ẽ meã partem quaſi diceret prius
cõſolabar dulci iuvẽtute. nunc aũt cõſolor
triſti ſenectute. ſecũndũ illã ſententiã ſic
exponitur littera. Gloria felicis iuvente
id ẽ ꝓſpere iuvẽtutis viridis id ẽ delecta-
bilis iuvẽtutis quondam ſuple cõſolabat̃
me nũc fata id ẽ evẽtus meſti ſenis id eſt
triſtis ſenectutis ſolãt̃ mea id ẽ meã ptẽ
¶ Notandũ ꝙ cõmuniter illa littera alit̃
exponitur referendo eã ad muſas poeticas
ſic. Camene que quondam tempore iuven-
tutis erant gloria felicis & viridis iuven-
tutis q̄d dicitur ꝓ tanto quia iuvenes olim
ſolebant informari in arte poetica in qua
profitientes gloriabant̃ in uſu metroꝝ &
rigmorũ. nũc aũt camene ſolãt̃ mea fata
fata iniquã meſti ſenis ¶ Notandũ ꝙ felix
iuvent⁹ eſt que bonis exterioribus eſt ad-
ornata. de quibus bonis loquit̃ Ariſtoti-
les circa principium libri de bona fortuna
dicens. Sine rebus exterioribus quorum
fortuna ẽ domina non contingit eſſe felicẽ

Sed uiridis id eſt delectabilis iuuentus ē
illa que ē bonis nature decorata ſcʒ forti-
tudine pulchritudine & agilitate · Vnde
Ariſtotiles in ethicis · non omnino felix ē
qui ſpecie turpis aut ſolitarius aut carēs
prole ¶ Nota ꝙ Boetius repreſentat in ſe
ſtatum miſerie cum dicit fata meſte ſenis
ſe conſolari cū minime hominē conſolātur
ſed magis perturbant · etiam dicat muſas
poeticas ſe cōſolari ſimilit̄ repſentat ſtatū
miſerie quia muſe poetice nō cedēt alicui
ī ſolatiū ſed potius ī alimētū doloris · Itm̄
de ſignificationibus fati ponit Huguitio
duos verſiculos dicēs · Conſtellatio mors
ꝑce reſponſa deoꝝ · Euentus rerū ſignant̄
nomine fati : ·

Venit enī ꝓperata malis : · Hic Boetius
declarat ī ſpetiali defectum corporalē · dicēs
Bene dico ꝙ fata meſte ſenectutis nunc
conſolant̄ me enī ꝓ quia ſenectus inopina
id eſt inopinata per apocopam properata id
eſt feſtinata venit in malis id eſt cum ſuis
malis & incōmodis & dolor ſuple quē pa-
tior iuſſit ineſſe id ē īduxit mihi ſuā etatē
per quod inuit̄ ꝙ non ſolum etas inducit
dolorē ſed econuerſo dolor inducit & cau-
ſat etatem & ſeniū · Et tunc Boetius ponit
duo ſigna ſue ſenectutis dicens cani ſuple
capilli intempeſtiui id ē ante debitū tempꝰ
fundunt̄ in vertice id eſt in capite meo ·
Aliud ſignum ſenectutis ibi ꝙ cutis mea
laxa id eſt ſoluta tremit corpore & effeto
id eſt carne conſumpta & euacuata ¶ No-
ta ꝙ hominem ſenem multa mala & incō-
moda circūueniūt · nam pellis eius contra-
hit̄ · cor eius concuttit̄ · pulmo eius debi-
litat̄ · lumbi eius indurant̄ · dorſum incur-
uat̄ · mēbra tremunt · Vnde poeta dixit ·
Optamꝰ ſeniū dum venerit ē male ventū ·
Hoc eſt gibboſum ſurdū cecūq morosum ·
ꝓpter hoc dicit Boetius ꝙ ſenectus venit
mihi cū ſuis malis ¶ Notandū circa illam
partem & dolor etatem ꝙ triplex ē cauſa
ſenectutis ſcʒ etas īfirmitas & aduerſitas
Senectus que inducit̄ per etatē naturalis
eſt · que aūt inducit̄ per infirmitatem vel
aduerſitatē accidentalis ē qualis ſenectus
fuit in Boetio qui ſenuerat ꝓpter multitu-
dinem doloris & triſtitie ¶ Notandum ꝙ
canicies Boetẏ fuit intēpeſtiua Huguitio
dicit intēpeſtiuū ē qđ ē incongruū incon-
ueniens inutile vel ſine tempore · vnde in-
tēpeſtiuū dicit̄ illud qđ nō habeat ẏdoneū
tempus vel qđ nō ē conueniens ꝓ tempore
& quia Boetius iuuenis erat etate & cum
ſenuerat ex aduerſitate iam canicies eius
fuit intempeſtiua ¶ Nota ꝙ in iuuenibus
cutis eſt denſa ꝓpter multitudinē ſangui-
nis ex quo ſanguine generat̄ caro ſed quia
ſanguis diminuit̄ in ſenibꝫ diminuit̄ etiā
caro in eis ideo cutis ſenū eſt laxa ¶ No-
tandū circa hoc vocabulū effeto ꝙ ipſum
tractū eſt a mulieribꝫ pregnantibꝫ que cū
peperint dicunt̄ effete id ē fetu euacuate ·
Vnde dicit Huguitio ꝙ fetus eſt natus
mulieris adhuc ī vtero exiſtens · & dicit̄
a foueo eo ꝗ ibi foueatur · inde fetus · a · ū
id eſt plenus · a · ū · Inde effetus id eſt de-
bilis quaſi ſine fortitudine uiriū vł uiribꝰ
euacuatus · Inde fetoſus · a · ū · id ē plenꝰ
fetu · vnde in pſalmo · Oues eoꝝ fetoſe id
eſt plene fetu · & ſenes poſſunt dici effeti
quaſi extra fetū poſiti quia ſenectus nō eſt
apta ad generandū fetum : ·

Mors hominum felix : · Hic Boetius de-
plangit ſtatum ſuum ex parte durationis
vite miſerabilis · & primo premittit que
mors hominū ſit felix & que non · & dicit
ſic · Illa mors hominum eſt felix que nec
inſerit id eſt non īmittit ſe dulcibꝫ annis
id eſt temporibꝫ proſperis cū delectat ho-
minē viuere Similit̄ illa mors eſt felix q̄
ſepe vocata venit meſtis ſuple annis id eſt
triſtibꝫ annis · quia in annis aduerſitatis
miſeri conſueuerūt vocare mortem · Tunc
oſtendit que mors hominum ſit crudelis
dicēs · Heu ꝗ ſurda aure id ē recluſa aure
ſeua mors id eſt crudelis auertitur id eſt
ſpernit miſeros homines & negat id ē nō
vult claudere flentes oculos eoꝝ q̄ſi dicat
crudelis mors eſt que nō ꝑmittit miſeros
mori · & dicit claudere flētes oculos ꝑ hoc
innuens ꝙ ī morte oculi hominū claudūt̄ ·
Et tūc Boetius deplangit ꝓlongationem

ſue vite dicit. Dũ fortuna maleſida id eſt
perfida mihi faueret id ē arrideret leuibꝰ
id eſt tranſitorijs bonis triſtis hora ſuple
mortis pene merſerat id ē oppreſſerat meũ
caput q̄ſi dicat tempore pſperitatis ſemp
accelerauit mors opprimere me. nũc autem
quia fortũa nubila id eſt aduerſa mutauit
fallacē vultũ ipia id ē miſera vita ptrahit
id ē plongat moras ſuple viuendi ingra-
tas id ē odioſas mihi. quia ppter miſeriã
tedebat ipſum Boetiũ viuere ¶ Notandũ
ꝙ licet ſcđm vulgares & ſcđm apparētiã
hec ſententia de morte felici & crudeli vi-
deatur vera tamen ſcđm rei veritatem eſt
falſa quia mors etiam tempore pſperitatis
poteſt eſſe bona. nã ſcđm Senecã optimũ
eſt mori cum delectat viuere. & tempore
aduerſitatis poteſt mors eſſe mala. quia
aduerſitas ſepe inducit deſperationē. Bo-
etius aũt repſentando ſtatũ miſeri homi-
nis hanc ſententiã ponit tanq̄ verã ¶ No-
tandũ ꝙ mors vel comparatur ad vitam
preſentem vel futuram. primo modo illa
mors dicitur felix que fugit partem pſpe-
ritatis & accelerat tempore aduerſitatis.
Si aũt comparatur mors ad vitã futurã
tũc ipſa poteſt dici bona & mala tempore
proſperitatis & etiam aduerſitatis. quia ſi
mors ducit ad gloriam dicitur bona. ſi ad
penã dicitur mala ¶ Notandũ ſcđm Re-
migium ſuper donatũ heu aliquando eſt
monoſillabum aliquando diſſillabum ſicut
metri neceſſitas requirit. vnde in propoſi-
to eſt diſſillabum dicendo heu q̄ ſurda mi-
ſeros auertitur aure ¶ Notandum ꝙ hoc
verbum auertor quandoq̄ eſt paſſiuũ cõ-
ſtructũ cũ ablatiuo mediãte p̄poſitione vt
dicendo auertor a te & ē idē ꝙ remoueor.
Aliquãdo eſt verbum deponens cõſtructũ
cum accuſatiuo vt dicendo auertor te &
tunc idem eſt q̄d ſperno te & ſic accipitur
in propoſito cũ mors auertit̄ id eſt ſpernit
miſeros. vnde v̄ſus. In vi paſſiui notat a-
uertor remoueri. Si ſit deponēs auertor
ſpernere ſignat ¶ Notãdum Boetius ap-
pellat fortunam maleſidã quia ē decepti-
ua. vnde Seneca. Neminem aduerſa for-
tuna cõminuit niſi quem ſecunda decipit
& alibi Seneca. Fortuna nemini fidē ſer-
uat nulli ſemel abeſſe contenta eſt quem
nimium fouet hunc ſtultum facit ¶ Nota
fortune bona dicuntur leuia quia tranſi-
toria. Non enim perdurant circa hominē
ſecundum Senecam. Illud non eſt tuum
quod fortuna fecit eſſe tuum. Donum enĩ
quod dare potuit potuit & auferre ¶ No-
tandum ꝙ Boetius appellat fortunã nu-
bilam id ē obſcuram ſiue cecam. depinge-
batur enim antiquitus fortuna ceca. quia
ex improuiſo accedit & recedit. vel quia
cecum reddit hominem extollendo eum in
proſperis & deprimēdo in aduerſis ¶ No-
tandum ꝙ Boetius dicit fortunam olim
circa ſe mutaſſe fallacem vultum. quia
fortuna olim depingebatur duplici facie.
anteriori alba. poſteriori aũt parte nigra
per albam deſignabatur proſperitas. per
nigram aduerſitas. mutauit ergo fortũa
circa Boetium fallacem vultum proſpe-
ritatis. poſtea oſtendit ei vultum aduer-
ſitatis:.

Quid me felicē:. Hic Boetius deplangit
ſtatũ miſerie ſue apoſtrophãdo cõtra ami-
cos dicēs. O amici mei quid id ē ppť quid
iactaſtis id ē iactando dixiſtis me totiens
felicem fruſtra enĩ hoc dixiſtis quia feli-
citas mea non erat ſtabilis quod patet ex
hoc quia ego cecidi. & iſte qui cecidit de
proſperitate in aduerſitatē nõ erat in ſta-
bili gradu proſperitatis ¶ Notandum du-
plex eſt felicitas. politica que conſiſtit in
bonis exterioribꝰ. & talis non eſt ſtabilis
ſicuti nec bona exteriora. Alia eſt felicitas
ſpeculatiua que conſiſtit in actu ſapientie
ſcʒ in ſpeculatione ſubſtantiarum ſepara-
tarũ. & talis felicitas ē ſtabilis & immu-
tabilis cũ ſit bonum optimũ pulcherrimũ
delectabiliſſimum ex primo ethicoꝝ:.

¶ Proſa prima

Hec dum mecũ tacitus ipſe:. Hic
incipit pſa prima huiꝰ primi in q̄
Boetius introducit philoſophiã
ſuper ſuam miſeriam conſolantem ¶ Vbi
nota ꝙ Boetius dolēs & ipſa philoſophia

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

ipſum conſolans non ſunt aliud niſi anim⁹ dolens ex oppreſſione ſenſualitatis & ratio conſolans ex vigore ſapientie & diuidit͛ · Primo oſtendit Boeti⁹ quō philoſophia ſibi apparuit · ſc̄do quid circa ipſum egerit ſc̄da ibi · Que ubi poeticas muſas · Primo deſcribit apparitionem philoſophie quo ad tempus & ad locū · & deſcribit eius diſpoſitionē quo ad vultū · quo ad aſpectū · quo ad colorē & vigorē & quo ad etatē · Sc̄do deſcribit philoſophiā quantū ad habitum exteriorē · Tertio quo ad ornamenta & inſignia que manib⁹ geſtabat · ſecunda ibi · Veſtes erant · tertia ibi · Et dextra quidē dicit primo · Dum ego Boetius hec que ſupra in metro dixi tacitus mecū reputarē id eſt cogitarē & querimoniā lacrimabilem id ē prouocantem ad lacrimas deſignarē id eſt deſcriberem officio ſtili viſa eſt mihi mulier aſtitiſſe ſupra verticem id ē ſupra caput admodū id ē valde reuerendi vult⁹ oculis ardentib⁹ & perſpicacib⁹ id eſt claris vltra cōmunē valentiā hominū id eſt vltra homines que apparuit in colore viuido id ē delectabili & apparuit mihi tamē inexhauſti id ē inconſumpti vigoris quāuis ipſa foret ita plena eui id ē durationis ut nullo modo crederet͛ eſſe noſtre etatis · ſtatura eius ambigue id eſt dubie diſcretionis id eſt cognitionis quia nūc id eſt aliquādo cohibebat id ē extendebat ſeſe ad cōmunem menſurā hominū id eſt longitudinem · nūc id ē aliquādo videbat͛ pulſare id ē attingere celū cacumine ſummi verticis id ē altitudine capitis · que cū caput altius extuliſſet ipſum etiā celū ſua longitudine penetrabat

Notandū ꝙ Boetius deſcribit philoſophiam ſibi apparuiſſe ſub ſpecie mulieris · quia philoſophia apud grecos & ſapiētia apud latinos eſt generis feminini · vel ideo quia ſicut mulier infantes lacte nutrit ſic ph̄ia minus perfectos nutrit facilib⁹ doctrinis · vel ideo quia Boeti⁹ erat eger · mulier aūt magis eſt compaſſiua & magis abilis ad conſolandū egrū ꝙ̄ vir · nam ſc̄dm Salomonē vbi nō ē mulier ibi ingemiſcit eger ·

Notandū ſtare ē erecto modo ſe habere & quia philoſophia erigit hominem ad delectationes intellectuales faciens cadere ſenſuales ideo ipſa deſcribitur ſteriſſe · & dicit͛ ſtetiſſe ſupra verticē quia ph̄ia eſt in anima intellectiua que nō habet organū in vertice · nā anime intellectiue nullius organi corporalis ē act⁹ · vel dicit͛ ideo ſtare ſupra verticē quia deſupero cardine elapſa venit ut dicit Boetius tertia proſa hui⁹ primi ·

Notandū ph̄ia dicit͛ reuerendi vultus quia ſuos poſſeſſores reuerendos facit · nā ſc̄dm Tuliū ſola ſapientia eſt que meret͛ honores

Item ſc̄dm Tulium reuerentia ē decens ac matura grauitas que habetur per philoſophiā ergo dicit͛ reuerendi vult⁹

Notandū illud quod eſt ardens eſt penetratiuū & quia per rationem & intellectū que ſunt oculi philoſophie penetram⁹ intima rerū & quiditates earū ideo philoſophia dicitur apparuiſſe ardentib⁹ oculis · & quia per ph̄iam ſpeculamur ea q̄ vulgares & communes nō ſpeculant͛ ideo dicit͛ habuiſſe oculos perſpicaces vltra communem hominū valentiā

Notandū color viuid⁹ eſt color naturalis pulcher & delectabilis & quia philoſophia in ſe pulcherrima eſt cū ſit res mirabilis & diuina & delectabilis quia mirabiles affert delectationes ideo deſcribit͛ apparuiſſe viuido colore · Itm̄ ph̄ia apparuit inexhauſti vigoris · quia ph̄ia cū ſit perpetua exhauriri nō poteſt · vel ideo eſt inexhauſti vigoris quia quantumcūꝗ hō cognoſcat de ph̄ia adhuc reſtant plura cognoſcenda qd̄ patet ex diuerſitate opinionū in philoſophia quarū vna deſtruit aliā · Itm̄ quia ph̄ia ē eterna & preceſſerat ipſum Boetiū ideo dicit eam non fuiſſe ſue etatis

Notandum tres ſunt partes ph̄ie eſſentiales ex ſexto methaphiſice · natural͛ mathematica & diuina · ſc̄dm naturalem ph̄iam dicit͛ ph̄ia ſe cohibere ad cōmunem menſurā hominū inquantū tractat de naturalib⁹ q̄ cōmunit͛ via ſenſus cognoſcūt͛ inter que natura hominis eſt ſummum ad quod peruenit͛ · Dicit͛ aūt ph̄ia pulſare celū quo ad mathematicā id eſt quo ad aſtronomiā inquātū tractat de motib⁹ & figuris

aſtroꝝ. Dicitꝰ aũt penetrare celum quo ad
mathematicam inquantũ dirigit in cogni-
tionem dei & ſubſtantiaꝝ ſeparatarum. &
dicitꝰ pħia fruſtrare intuitũ hominũ reſpi-
cientiũ quia ꝑfectã cognitionẽ ſubſtantiaꝝ
ſeparataꝝ in hac vita habere nõ poſſumus
nam ſicut ſe habet oculus nocticoracis ad
lumen ſolis ſic intellectus noſter ad mani-
feſtiſſima ĩ natura ex ſcđo methaphiſice: .
Veſtes erant tenuiſſimis filis: . Hic Boe-
tius deſcribit philoſophiã quãtũ ad habitũ
exteriorẽ. primo quantũ ad materiã veſtiũ
ſecundo quantũ ad picturã veſtiũ. tertio
quantũ ad violentiã veſtibꝰ illatã & legãtꝰ
partes ſimul. dicit primo. Veſtes philo-
ſophie erãt ꝑfecte tenuiſſimis id ẽ ſubtiliſ-
ſimis filis & erant ex ſubtili artificio & ex
materia indiſſolubili quas veſtes ipſa tex-
uerat ꝓprÿs manibꝰ uti pro ſicut ego cog-
noui eadem pħia ꝓdente id eſt reuelante
mihi in tertia proſa huius primi. quarum
ſuple veſtiũ ſpeciem id eſt pulchritudinem
quedam caligo id eſt obſcura ignorantia
neglecte vetuſtatis id eſt negligẽtie veteꝝ
obduxerat id eſt obfuſcauerat veluti ſolet
ſuple obducere caligo fumoſas imagines
id ẽ ſtantes in fumo. Tunc oſtendit quid
fuerit depictum in veſtibꝰ eius dicens. In
extremo margine id eſt in inferiori parte
haꝝ veſtiũ legebatꝰ ĩtextũ P id ẽ practica
in ſuꝑmo ſuple margine id eſt in ſuperiori
parte veſtiũ erat intextũ. T. id ẽ theorica
q̄đ interꝑtatꝰ ſpeculatiua. & inter vtraſq̄
litteras inter. T. &. P. erãt quidã grad⁹
ĩſigniti id ẽ impreſſi ad modũ ſcalaꝝ quibꝰ
a gradibꝰ aſcendebatꝰ ab inferiori littera ad
ſuperiorẽ. Tunc tangit violentiã veſtibꝰ
illatã dicẽs. Eandẽ veſtẽ abſcinderant id ẽ
lacerauerãt man⁹ ꝗ̄ꝯ̃dã hominũ violẽtoꝝ
ſuple facientiũ violentiã & vnus quiſq̄ ab-
ſtulerat ꝑticulas a veſte q̄s poterat auferre
Notandum ꝙ per veſtes philoſophie
intelligunt partes eſſentiales & artes li-
berales. Sicut enim corpus veſtibꝰ ornatꝰ
ſic philoſophia ſuis partibꝰ decoratꝰ. Per
fila autem ſubtiliſſima intelligunt ꝑ̄cepta
philoſophicalia ſiue propoſitiones philoſo-
phicales. Sicut enim vnũ filũ in veſtibꝰ
ordinatur circa aliud. ſic vna propoſitio
iuxta aliam que propoſitiones dicuntꝰ ſub-
tiliſſime quia ꝑ eas homo ſubtilia inueſti-
gat. Dicuntꝰ & huiuſmodi ꝑ̄cepta ſubtili
artificio ratione ornatus verboꝝ & ſentẽ-
tiarum que in eis inueniuntur & ſunt ex
materia indiſſolubili quia licet a quibuſdã
male exprimãtꝰ tamen in ſe ipſis habent
veritatem indiſſolubilem Notandum ꝑ
manus philoſophie per quas ſuas veſtes
texuerat intelligũtꝰ philoſophi qui ꝑ̄cepta
philoſophicalia conſcripſerunt & dicuntꝰ
rationabilitꝰ manus philoſophie quia niſi
fuiſſent inſtructi preceptis philoſophicis
ea exprimere minime valuiſſent Notã-
dum ꝙ veſtes philoſophie dicuntur fuiſſe
obducte quadam caligine quia tempore
Boetÿ artes ad tantam negligentiam de-
uenerãt quia pauci eas curabãt. Sed Bo-
etius eas tranſtulit & expoſuit ſiue com-
mentatus eſt. vel ideo veſtes philoſophie
fuerunt fumoſe. quia ab antiquis obſcure
fuerit tradita philoſophia. ab Empedicle
poetice. a Platone enigmatice ab Ariſto-
tile ſub vboꝝ obſcuritate Notandũ quia
duo ſunt partes principales philoſophie
ſcꝫ practica & theorica. ideo in veſte pħie
erãt due littere intexte ſcꝫ. P. &. T. P
aũt erat ĩ ĩferiori ꝑte veſtis &. T. ĩſupiori
ꝑ q̄đ ĩuitꝰ ꝙ practica pħia ẽ ĩferior ſpecu-
latiua ordine dignitatis. Per gradus aũt
medios qui erant inter vtraſq̄ litteras in-
telliguntꝰ ſcientie eloquentie que ſunt grã-
matica logica rethorica Notandum ꝙ
dicitꝰ aſcenſum fuiſſe ꝑ gradus a practica
ad ſpeculatiuam per hoc innuitur ꝙ homo
primo debet eſſe ſufficienter inſtructus in
practicis vt poſt aſcendere valet contem-
platiuis Notandum quid ſit ſcindere
veſtes philoſophie illi tantũ dicũtꝰ veſtes
ſcindere philoſophie qui putant habentes
vnam ſcientiã ſe eſſe perfectos pħos ſine
alÿs. Si aũt aliqui ſciant vnã artem ſine
alia dũmodo ſe cognoſcãt nõ eſſe ꝑfectos
pħos tales non ſcindunt veſtes pħie. vel
illi ſcindunt veſtes philoſophie qui per

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

extortas expoſitiones trahunt veras ꝓpoſi-
tiones ad ſuas falſas opiniones: ·

Et dextra quidē eius: · Hic Boetius de-
ſcribit philoſophiā quantū ad inſignia &
ornamenta que manibꝰ geſtabat dicēs · &
dextra manꝰ philoſophie geſtabat libellos
ſiniſtra vero geſtabat id ē portabat ſceptꝝ
id eſt virgā regalē ¶ Notandū ꝙ omnis
cura & intentio viri ſapientis verſatur vel
circa contemplationē ſapientie q̄ deſignaẗ
per libellos · vel circa regimen rei publice
quod deſignaẗ per ſceptrum · & quia con-
templatio ſapientie potior eſt q̄ꝫ regimen
rei publice ideo ph̄ia diciẗ ī dextra habere
libellos in ſiniſtra vero ſceptrum: ·

Que ubi poeticas muſas: · Poſtq̄ꝫ Boetius
oſtendit quomodo ph̄ia ſibi apparuit · hic
oſtendit que circa ipſum egerit · & primo
oſtendit quō muſas poeticas fugauit · ſe-
cundo oſtendit quō ipē de hoc obſtupuit ·
tertio quō ph̄ia ſibi appropinquans ſtatū
eius deplanxit · ſecunda ibi At ego · tertia
ibi Tum illa · dicit primo · Que ſuple ph̄ia
vbi ꝑ poſtquā vidit poeticas muſas aſſiſ-
tentes noſtro thoro id ē lecto quia Boetiꝰ
tanq̄ꝫ eger in lecto decubuit · & cum vidit
muſas dictantes carmina meis fletibꝰ ipa
ph̄ia pauliſper id ē aliquātulū cōmota &
inflāmata id eſt incenſa toruis luminibꝰ
id eſt crudelibꝰ vel terribilibꝰ oculis īquit
quis ꝑmiſit has meretriculas ſcenicas id
eſt eſt vmbroſas accedere ad hunc egrū q̄
dolores eius non modo id eſt non tm̄ non
fouerēt id ē ſanarēt nullis remedyꝭ id eſt
medicamentis verum pro ſed alerēt ſuple
dolores eius dulcibꝰ venenis · he ſunt enim
muſe que infructuoſis ſpinis affectuū id ē
paſſionū necant id eſt ſuffocant vberē id
eſt fertilem fructū rationis fructibꝰ id eſt
in fructibꝰ ſuis & mentes hominū aſſueſa-
ciūt morbo non liberant · Tūc alloquitur
muſas dicens · O muſe ſi veſtre blandicie
detraxiſſent nobis quē id eſt aliquē virum
ꝓphanū id ē illitratū uti ꝑ tanq̄ꝫ ſolitū id
eſt ſimilē vulgo ego putarem id ferendū
id ē patiendū minꝰ moleſte quippe in hoc
nihil lederentur noſtre opere id eſt noſtre
ſedulitates · ſed vos allexiſtis nobis hunc
hominem enutritū ſtudyꝭ id eſt ſcientyꝭ
eleaticis id ē ariſtotilicis atq̄ꝫ achademicis
id ē platonicis · Tūc fugat eas dicēs · Sed
abite id eſt recedite vos ſirenes dulces vſq̄ꝫ
in exiciū id eſt in mortē & relinquite eum
curandū meis muſis id ē doctrinis ſaluti-
feris · tūc iſte chorus id ē turba muſaꝝ in-
crepitus id eſt redargutus meſtior id eſt
triſtior exiſtens vultū ſuum deiecit id eſt
īclinauit humi id ē terre & rubore ꝯfeſſus
verecundiā triſtis exceſſit id ē exiuit limen
id ē domū in qua decubuit Boetius ¶ No-
tandū ꝙ ideo muſe poetice dicebāẗ aſſiſte-
re thoro Boetŷ quia Boetiꝰ ſtuduit me-
trice dolorē ſuū cōſcribere · Jtm̄ ph̄ia diciẗ
pauliſper cōmota per qđ innuiẗ ꝙ ira im-
moderata non debet cadere ī virū ſapiētē
quia uirtus conſiſtit ī moderatione paſſio-
nū · Vnde licet iraſci ſit homini naturale tm̄
iraſci quando oportet & ut oportet & q̄ntū
oportet eſt hominis virtuoſi & ſapientis ·
vnde Seneca · quid crudelius ira · Simi-
liẗ ī de v̄tutibꝰ cardinalibꝰ · eſto tardus ad
iram · Jtm̄ interrogatio qn̄q̄ꝫ fit cauſa ig-
norātie alicuius · aliquando ut ex reſpon-
ſione facta aliquid probeẗ · qn̄q̄ꝫ fit ꝓpter
increpationē faciendā & hoc vltimo modo
ph̄ia interrogat dicēs · quis has ſcenicas
meretriculas & cetera ¶ Notandū ꝙ muſe
poetice dicūẗ meretricule · ſicut enī meretrix
allicit hominē delectando nihil utilitatis
ſibi conferendo & cōmiſcet ſe cuilibet non
ex amore ſed ſpe lucri · ita poete nō ſcribūt
amore ſcientie ſed ut aliquid laudis vel p̄-
my conſequāẗ · & delectāt ratione metri
modicū utilitatis conferendo ſed diuerſas
paſſiones inducendo · Appellat aūt ph̄ia
muſas meretriculas ſcenicas quia carmina
poetica in ſcena conſueuerunt ꝓnunciari ·
¶ Vbi nota ꝙ ſcena dicebaẗ locus vm-
broſus ī theatro vbi abſcondebanẗ ꝑſone
ꝓnūciantes carmina trayaca vel comica
vnde ſcena interp̄taẗ vmbratio vel vmbra
Vel ideo muſe poetice dicuntur ſcenice id
eſt vmbratiles quia ſunt vmbra ſcientie nō
vera ſcientia cū obumbrent mētes hominū ·

Jtm̄ metrica deſcriptio doloris non ſanat
dolorē ſed magis auget quia conſideratio
miſerie eſt ꝓuocatiua triſtitie · vnuſquiſqꝫ
aūt cum diligentia conſiderat qđ ſcribere
vult · Jtm̄ metrica deſcriptio dicitur eſſe
dulce venenū quia placet & nocet · ratione
metri placet · ſed ꝓpter recordationem do-
loris nocet · Jtem affectus eſt vehemens
animi paſſio animū torquens & verū iu-
diciū rationis impediens · & ſunt quattuor
affectus animi gaudiū dolor ſpes & timor
qui dicūt̄ infructuoſe ſpine quia ſuffocant
ſegetem rationis que eſt ſciētia & virtus ·
Jtm̄ licet de omni errore dolendū ſit poti⁹
tamē de errore ſapientis ꝙ̄ inſipientis · nā
error ſapientis alios exemplo corripit · er-
ror aūt inſipientis non · quia ab inſipiente
non trahit̄ exēplū · ꝓpter quod dixit Sa-
luſtius · omnia mala exempla a reb⁹ bonis
orta ſunt · Ergo dicit philoſophia magis
eſſe dolendū de errore Boetӯ ꝙ̄ alterius
ꝓphani // Jtm̄ ſecđm Huguitionē phanum
idem eſt ꝙ templū · Jnde ꝓphanus id eſt
ſacrileg⁹ quaſi ꝓcul a phano id eſt a tēplo
Prophanū etiā dicit̄ quicquid nō ē ſacrū ·
vnde omnes laici & illitrati dicūt̄ ꝓphani
quaſi ꝓcul a phano ſapientie // Jtm̄ ſecđm
Huguitionem opera opere eſt ſedulitas in
reb⁹ agendis · opera autē phie eſt intentio
vel labor ad aliquid philoſophicū addiſcē-
dū · Jtem Eleys eſt ciuitas grecie in qua
ſtuduit Ariſtotiles vnde ſtudia ſua dicūt̄
eleatica · Achademia autem fuit ciuitas vel
villa ī qua ſtuduit Plato vnde ſtudia ſua
dicuntur achademica · vtriſqꝫ aūt ſtudӯs
Boetius fuit enutrit⁹ ¶ Jtm̄ phia muſas
appellat ſyrenes · ſicut em̄ ſyrenes dulce-
dine cantus attrahunt naues periclitando
eas · ſic muſe delectatione metri alliciunt
homines vel mentes hominum & rationem
aliq̄ affectu ſubmergūt & obſcurant Jtm̄
ꝙ vna philoſophia cōuētū muſarꝝ expulit
ſignat̄ ꝙ vnus ſapiens ſua virtute & ſa-
piētia īfinitos errores ſtultorꝝ extinguit : ·
At ego cuius acies : · Hic Boetius oſtēdit
quomodo obſtupuit de actu philoſophie
dicens · At ego Boetius cuius acies id eſt
viſio merſa lacrimis caligarat id eſt ob-
ſcurata fuerat vt nec poſſem dinoſcere id ē
inueſtigare quenā id eſt que eſſet hec mu-
lier tam imperioſe auctoritatis id ē potētie
ego obſtupui id eſt miratus fui & defixo
id eſt inclinato viſu in terram tacitus cepi
expectare quidnam deinceps id eſt cōſe-
quenter eſſet actura circa me ¶ Notandū
deſcit radijs phebi .i. ſolis tum .i. in illo
tempore qui credidit .i. commiſit larga

ſemina .i. copioſa ſemina ſulcis .i. cauer-
nis terre negantibꝫ ſupple ſpem meſſis tal'
eluſus .i. fruſtrat⁹ fide .i. bn̄ficio cereris
.i. dee frugū ꝑgat .i. accedat ad arbores
quernas .i. quercuū & veſcat̄ fructibꝫ eoꝝ
Tūc ponit ſecundū exēplū de floribꝫ quos
homo fruſtra querit tempore hyemali cum
temp⁹ eoꝝ ſit ī vere vnde dicit in lrā. Tu
lectur⁹ .i. collectur⁹ violas tales flores nū
q̄ꝫ petas .i. accedas purpureū nem⁹ .i. flo-
ridā ſiluā cū .i. qn̄ camp⁹ ſtridēs .i. ſonās
cāp⁹ inhorruit .i. horribilit̄ apparuit ſe-
uis aquilonibꝫ .i. crudelibꝫ ventis hyema-
libus. Tunc ponit tertiū exemplū & ē de
vuis q̄ mature ſunt ī autūpno & iō fruſtra
querant̄ tempore vernali. vnde dicit in lrā
ſi libeat frui vuis nō q̄ras auida .i. cupida
manu ſtringere vernos palmites .i. vnales
vites quia bach⁹ deus vini potius contulit
ſua munera .i. vuas autumpno .i. tempore
autumpnali ¶ Nota ꝙ ſydus cancri dicit̄
graue quia ſole exiſtēte ī cancro homines
grauant̄ nimio calore quo tempore non eſt
ſeminandū quia ad hoc ꝙ ſemē cōualeſcat
requiritur humor qui calore ſolis feruido
tēpore reſoluit̄ & euaporat ¶ Nota ſcd̄m
fabulas cū pluto rapuerat ꝓſerpinā mater
eius ceres querēs ipſā in terris & nō inue-
niens denegauit hominibꝫ beneficiū frugū
& tūc homines ꝑgebant ad arbores q̄rcuū
& cōmedebāt glandes & ſic loquit̄ ph'ia ī
lrā ¶ Nota de hoc ꝙ dicit ſtridēs campus
dicit Huguitio ꝙ ſtrideo. des. vel ſtridio
ſtridis ē fortiter ſonare vl' dētes cōcutere
vl' frendere:.

Signat tempora proprijs:. Hic oſtendit
ph'ia tempora nō ꝑmiſceri q̄ de⁹ diſtinxit
dicens. De⁹ ſignat .i. ornat tp̄a aptans
ea ꝓprijs officijs nec ipē de⁹ patit̄ miſce-
ri vices .i. alternationes temporum ita ꝙ
tempus vni officio deputatum conueniat
alteri quas vices temporū ipē coercuit .i.
diſtinxit & addit ſicut querēs aliq̄ tempore
nō debito fruſtrat̄ in querendo ſic illud qd̄
deſerit certū ordinē ꝑ̄cipiti .i. feſtina via
illud nō habet letos exit⁹ .i. ꝓſperū euētū
ſic a ſimili ſi philoſophia relicto debito tp̄e

miniſtraſſet Boetio fortem medicinā non
fuiſſet ꝓſperata ī medicādo ipſum ¶ Nota
ꝙ ꝑ debitū ordinē res conſeruāt̄ in ſuo eē
& in ſui natura · & quod deficit ab ordine
etiam deficit ab eſſe vnde Boetius quarto
hui⁹ ſecunda pſa · ē eīm qđ retinet ordinē
ſeruatq̧ naturā · qđ vero ab hoc deficit eē
qđ in ſui natura ſitū eſt derelinquit ꝓpter
quod debitus ordo in omnibꝫ ē obſeruād⁹
vnde poeta · Eſt ordo ſumma limes ſapiē=
tis ī arte · ergo dicit pħia qđ p̄cipiti via ·
¶ Nota omne agens in agendo debet pre=
ſtituere ſibi bonū finē quia ratione boni fi=
nis agens meret̄ & ratione mali finis de=
meret̄ vnde poeta · Non datur extimplo
bona poſt primordia merces · Congrua ſed
rect⁹ p̄ma finis habet · cū igit̄ inordinacō
impediat bonitatē finis ideo vitanda eſt : ·

¶ Proſa ſexta

PRimū igit̄ pateris : · Hec ē ſexta
& vltia pſa hui⁹ primi in q̃ pħia
inquirit cauſā radicalē infirmita=
tis Boetÿ ex quibuſdā interrogatiōibus
& primo pħia captat beniuolentiā Boetÿ
Secundo ponit ſuas interrogationes ibi ·
Tū illa · dicit primo · O Boeci antequam
adhibeā tibi remedia ne ꝑ nūquid pateris
· i · admittis me pħiam primum pauculis
rogationibꝫ · i · interrogationibꝫ attingere
ꝑ cognitionē atq̧ temptare · i · rimari ſtatū
· i · diſpoſitionē tue mētis ut intelligā · i ·
cognoſcā quis ſit mod⁹ tue curationis · i ·
ſanationis vero ꝑ ſed ego Boetius inquā
· i · dixi tu pħia rogato · i · interrogatu tuo
arbitratu · i · ſecundū tuam voluntatē que
voles vt ꝑ ſicut reſpōſur̄ · i · volētē rñdere
¶ Nota ꝙ philoſophia more boni medici
non ſolū ſcrutat̄ cauſas doloris per ſigna
extrinſeca ſicut medici per vrinam & pul=
ſum quia hec ſigna quandoq̧ fallunt ſed
etiā ſcrutat̄ cauſas doloris Boetÿ ꝑ re=
ſpōſionem ad queſtiōes · Et primo captat
eius beniuolētiam reddendo ipſum attētū
per hoc quod dicit pauculis rogationibꝫ ·
¶ Nota ꝙ infirmi habent naturalem im=
potentiam nihil patiendi ergo ex facili cō=
turbant̄ non ſolum per multas interro=
gationes ſed ex vna ſola · volēs ergo pħia
mouere paucas queſtiones Boetio īfirmo
primo captat eius beniuolentiā : ·
Tum illa : · Hic philoſophia facit interro=
gationes · ſecundo cauſas totius infirmi=
tatis ex reſponſionibꝫ Boetÿ recolligit ·
tertio oſtendit ipſum eſſe curabilem dādo
modum procedendi circa curationem eius
ſecunda ibi Quare pleniſſime · tertia ibi ·
Sed ſoſpitatis · Primo philoſophia que=
rit de mūdi gubernatione · ſecūdo de cir=
cumſtantÿs gubernationis ibi Sed dic
mihi · Adhuc diuidit̄ quia primo philo=
ſophia querit · ſecundo Boetius reſpōdet
tertio philoſophia eius reſpōſionē appro=
bat dicēs ergo · O Boeci putas hūc mūdū
agi · i · regi temerarÿs ꝙ pro & fortuitis
caſibꝫ · i · euentibꝫ an · i · nūquid tu credis
nullum regimen rationis · i · prouidentie
diuine ineſſe ei mundo · Ego Boetius in=
quam · i · dixi atq̧ · i · certe non exiſtima=
uerim · i · putauerim vllo modo vt tā certa
entia moueant̄ · i · regant̄ fortuita teme=
ritate · i · improuiſa ſtultitia ſed ſcio deum
conditorem · i · creatorem preſidere ſuo opi
· i · ſuo creationi nec dies fuerit vnq̄ · i · in
aliquo tempore qui dies depellat · i · remo=
ueat me Boetium ab hac veritate ſentētie
iam dicte · Tunc philoſophia approbans
eius reſponſionem · Philoſophia inquit
· i · dixit itaq̧ eſt nam tu cecīniſti · i · dix=
iſti etiā illud paulo ante · i · in quinto me=
tro huius primi ꝙ pro & tu deploraſti · i ·
planxiſti tantum · i · ſolummodo ipſos ho=
mines eſſe exortes · i · carentes vel non ꝑti=
cipes diuine cure · i · diuine prouidentie ·
nāq̧ pro quia tu nihil mouebare · i · dubi=
taſti de ceteris ſupple creaturis quin rege=
rent̄ ratione ſupple prouidentie dei aūt ꝑ
ſed pape ē interiectio admirantis ego ad=
miror vehementer ꝙ tu locatus · i · poſit⁹
in tam ſalubri ſententia egrotes · i · lāgues
verū pro ſed nos perſcrutemur alcius · i ·
profundi⁹ ego neſcio quid ſupple ſit illud
ego coniecto · i · opinor abeſſe tibi quid · i ·
aliquid ¶ Nota ꝙ īfirmitas Boetÿ ꝑtim
fuit ex ordinata affectione inquantū enim

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Boetius doluit de tpaliũ rez amiſſione &
ptim fuit ex falſa exiſtimatione quãtũ ad
duo. Eſtimabat eñ malos homines eſſe fe=
lices & potẽtes . ſcd̃o eſtimabat hoĩes nõ
regi a diuina puidentia ergo phia inquirit
cauſã radicalẽ ꝑpter quam Boetius incidit
in iſtas incõmoditates & quia radix toti9
morbi fuit ignorãtia diuine gubernationis
quantũ ad homines . ideo primo querit de
mundi gubernatione ¶ Nota ꝙ Boetius
inuit duas rationes ꝙ mund9 regat̃ a deo
primã ibi Tam certa . que talis eſt . Ea q̃
ſunt certa & determinata nõ regũt̃ a caſu
& a fortuna cũ regimen taliũ ſit incertum
ſed entia hui9 mũdi ſunt certa quia a certis
cauſis pducta . Secundã rationẽ inuit ibi
Verum operi ſuo . que talis eſt . Cauſatum
regit̃ a ſua cauſa . ſed deus eſt cauſa mũdi
cũ ab ipſo dependeat celum & tota natura
ergo & cetera ¶ Nota phia rõnabilit̃ mirat̃
ꝙ Boetius credens mundum regi a deo
putabat hoĩes non regi ab ipſo quia poſſet
phia ſic arguere . Deus regit mundũ ſcd̃m
te Boetium . ſed homines ſunt principalis
pars mundi ſicut prius dixiſti in metro
operis tanti pars nõ vilis . ergo homines
regunt̃ a deo:.

Sed dic mihi qm̃ deo mundũ regi:. Hic
philoſophia querit de circumſtantiis gu=
bernationis mundi . ſecundo quia res gu=
bernate dirigũt̃ in ſuũ finem ideo ſecundo
querit de fine rerũ . & quia gubernatio dei
ſcd̃m rei veritatẽ etiã ẽ circa homines ideo
tertio querit de cognitione hominis . ſcd̃a
ibi . Sed dic mihi . tertia ibi . Sed hoc ꝗ
Primo dicit . Sed o Boeci dic mihi phie
quoniã nõ ambigis . i . nõ dubitas mundũ
regi . i . gubernari a deo etiã nũquid aduer=
tis . i . cognoſcis quibꝰ gubernaculis mũd9
regat̃ . ego Boetius inq̃ꝫ . i . dixi vix noſco
ſententiã . i . intellectũ tue rogationis . i .
tue interrogationis ne dum . i . adhuc non
queã . i . poſſum reſpondere ad inquiſita . i .
ad interrogata . ſupple phia ĩquit . i . dixit
nõ fefellit . i . decipit me ſupple phiam abeẽ
. i . deficere tibi aliquid p qd̃ velut hyante
. i . patẽte robore . i . firmitate valli . i . mu=
nitionis morbꝰ pturbationũ irrepſerit . i .
ſubintrauerit in tuum animũ quaſi diceret
nũquid eñ verũ fuerit qd̃ p̃dixi tibi aliquid
abeſſe p qd̃ abeſſe ſiue p quẽ defectũ dolor
intrauit te ſicut apertũ hoſtium ¶ Nota ꝙ
de9 nõ regit mundũ aliquibꝰ gubernaculis
extrinſecis quia ſic nõ eſſet p ſe ſufficien=
tiſſim9 ſed regit ipſum ſua potẽtia q̃ attri=
buit̃ patri . ſua ſapientia q̃ attribuit̃ filio
ſua pietate & clemẽtia q̃ attribuit̃ ſpiritui
ſancto & de hoc patebit in ſecundo hui9 .
¶ Nota illud qd̃ aliquis hõ vix intelligit
aliquo modo intelligit licet cũ difficultate
ex hoc ergo ꝙ Boetius dicit ſe vix intel=
ligere interrogationẽ phie inuit ſe aliquo
modo intelligere tñ cum difficultate ꝑpter
dolorẽ opprimentẽ rationẽ & ideo reſpon=
dere nõ potuit ¶ Nota quando robur valli
alicuius munitionis hyat ꝓpter aliquam
rupturã in eo factã tũc hoſtes ingrediunt̃
munitionẽ . ſic a ſimili qñ munimẽ rationis
quo animus munit̃ tanq̃ꝫ vallo hyat ꝑpt̃
defectũ alicuius cognitionis tũc neceſſario
pturbationes affectuũ ſubintrãt animũ:.

Sed dic mihi meminiſti ne:. Hic phia
querit de cognitione finis rerũ dicẽs . Dic
mihi ne . i . an meminiſti . i . recorderis quis
ſit finis rerũ ſupple omniũ ve p vel quo . i .
ad quẽ finẽ intentio totius nature tendat
. i . laboret . ego Boetius inquam . i . dixi
audierã ſupple olim ſed meror . i . pturba=
tio hebetauit . i . obſcurauit memoriam . i .
ĩtellectũ . atqui p certo ſcis vnde cũcta . i .
omnia entia ꝓceſſerint . i . principiũ ſuum
habuerũt . ego Boetius inq̃ꝫ . i . dixi noui
ꝗ p & reſpondi deũ eſſe principiũ omnium
rerũ . & dicit phia & quid . i . q̃modo poteſt
fieri hoc ut cognito principio . i . origine õ=
niũ rerũ ignoras . i . neſcias quis ſit finis
rerum ſupple omniũ . verũ p ſed hi mores
pturbationũ ſunt & ea valẽtia . i . vigor vel
poteſtas pturbationũ eſt ut quidẽ . i . certe
poſſint mouere hominẽ loco . i . a ſtabilitate
pfecte cognitionis autem p ſed nõ poſſint
euellere ſupple radicit9 ꝗ p & exſtirpare
. i . eradicare ſibi totũ ¶ Nota phia rationa=
bilit̃ q̃rit boetiũ an cognoſcat finẽ omniũ

rerum quia finis eſt cauſa cauſarum & eſt
optimū cuius gratia alia fiunt ꝓpter quod
ignorato fine nihil ꝑfecte cognoſcit̄ eoꝝ q̄
ſunt ad finem · nam ſc̄d̄m exigentiā finis
cetera moderant̄ ¶ Nota q̄n principium &
finis coincidūt in vnū ſicut in circulo idem
eſt principiū & finis tūc videt̄ mirabile ꝙ
tunc principiū cognoſcat̄ & finis ignoret̄
cū ergo deus ſit principiū & finis omniū
rerū cognito ipſo ſub ratione principij vi-
det̄ etiā cognoſci ſub ratione finis · Quod aūt
deus ſit principiū omniū patet quia ab ipō
deriuatū eſt ſingulis eſſe & viuere · primo
celi & mundi · Quod aūt ſit finis omniū patet
quia gratia eius omnia fiūt & ad ipm or-
dinant̄ nā ī reb⁹ cōſtantib⁹ ex arte & na-
tura ſemꝑ vilius eſt ꝓpter melius · deus
aūt eſt optimū eoꝝ que in natura ſunt · ex
ꝓhemio methaphiſice ¶ Nota licet ꝑtur-
bati aliqualē cognitionē rerū habeant tamē
impediūt̄ ne ꝑfecte cognoſcant · licet ergo
Boeti⁹ aliq̄liter cognouerit deū eſſe prin-
cipiū rerū tamē quia turbatus fuit ꝑfecte
naturā hui⁹ principij nō cognouit & ideo
ignorauit ipſum eſſe finem rerū ¶ Nota ꝙ
paſſio ē motus ꝑticule appetitiue ſub fan-
taſia boni & mali ſc̄d̄m Euſtratiū ſecundo
ethicoꝝ · & hi ſunt mores paſſionū ꝙ poſ-
ſunt hominem mouere a ſtabilitate ꝑfecte
cognitionis ſed totaliter ipſum nō poſſunt
euellere ab omni cognitione : ·
Sed hoc q̄ꝫ reſpondeas velim : · Hic ph̄ia
facit aliam interrogationem de cognitione
humane nature dicēs · Sed ego etiā velim
tu reſpondeas · i · reſponſum des hoc · i · ad
hoc ne ꝑ nūquid tu meminiſti · i · ſcis te eē
hominem · ego Boetius inq̄ꝫ · i · dixi quid
ni · i · ꝓpter quid non meminerim · i · ſcio
& querit vlteri⁹ ph̄ia · Igit̄ ne · i · nūquid
poteris ꝓferre · i · dicere quid ſit homo · i ·
diffinitionē hominis · reſpondet Boetius
nūquid ph̄ia tu interrogas me hoccine · i ·
hoc an · i · vtrū ſciā me eē rationale atq̄ ꝑ
& mortale animal · ego Boeti⁹ ſcio & con-
fiteor · i · fateor me eſſe id ſupple animal ra-
tionale & mortale & illa ſupple ph̄ia dixit
ne ꝑ nunquid nihil noui ſti te eſſe aliud q̄ꝫ

aīal rationale mortale · dicit Boeti⁹ nihil
ſupple ph̄ia inquit · i · dixit iā ego ſcio aliā
cauſā ſupple q̄ꝫ ignorātiā diuine ꝓuidētie
vel maximam cauſā tui morbi tu deſiſti · i ·
ceſſaſti noſſe · i · noſcere quid ſis ·
¶ Nota licet homo ſit mortalis ſecūdum
corpus non tamen ſecundum animam in-
tellectiuam que eſt dignior pars hominis
Et quia Boetius dixit ſe eſſe nihil aliud
q̄ꝫ animal rationale & mortale ideo nō que-
ſiuit niſi bona mortalia de quoꝝ bonorum
amiſſione doluit non curans ꝑtem immor-
talem ſcꝫ animam ratione cuius debuit ap-
petere bona immortalia · ideo philoſophia
dicit ꝙ Boetius ſe non nouerit ¶ Nota ꝙ
cauſa maxima morbi hominis eſt ſe ipſum
ignorare · quia dicit Boetius ſecūdo hui⁹
proſa quinta · Quod conditio humane nature
eſt cum ſe cognoſcat ꝙ ceteras res ex-
cellat · Cum aūtem noſſe ſe defierit eadem
natura infra beſtias redigat̄ · nam ceteris
animātib⁹ ſeſe ignorare naturalit̄ ē hoībus
vero vitio venit · Et dicit Themiſtius ſuꝑ
de anima · Quid turpius eſt anime cū ſit
aliorum cognoſcitiua ꝙ ſui ipſius eſt ig-
nara · anima ſe ipſam ignorans quomodo
de alijs fida putabitur cognoſcitiua quaſi
diceret nullo modo : ·
Quare pleniſſime : · Hic philoſophia ex dic-
tis Boetij recolligit omnes cauſas totius
infirmitatis eius dicens · Quare pro igit̄
ego philoſophia inueni pleniſſime · i · per-
fectiſſime rationem · i · cauſam tue egritu-
dinis · i · infirmitatis vel inueni aditū · i ·
acceſſum reconciliande ſoſpitatis · i · recu-
parande ſanitatis tue quod declarat · Nam
pro quia quoniam tu confunderis · i · confu-
ſus es obliuione · i · ignorantia tui ipſius
tu doluiſti te eſſe exulem atq̄ ꝑ & expoliatū
· i · priuatū proprijs bonis · i · diuitijs q̄m
pro quia tu ignoras · i · neſcis quis ſit finis
rerum omniū tu arbitraris · i · putas neq̄ꝫ
· i · malos atq̄ pro & nefarios · i · iniquos
homines eſſe potentes atq̄ pro & felices ·
Quoniam pro quia tu oblitus es quibus
gubernaculis · i · regiminib⁹ ipē mundus
regat̄ tu eſtimas · i · opinaris has vices · i ·

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

iſtas alternationes fortunarum ·i· rerum fortuitarꝫ fluitare ·i· diuagare ſine rectore iſte ſunt magne cauſe nō modo ·i· nō ſolū ad morbum verū pro ſed ſunt ad interitū ·i· ad mortem vel ad perditionem anime ¶ Nota hō ſeipſum ignorās extra limites recte rationis poſitus eſt & talis dicitꝰ eſſe exul ut prius viſum ē ¶ Nota homo ſeipm̄ ignorans tm̄ ſe eſtimando eſſe mortalem dolet de amiſſione bonorꝫ mortalium ergo dicit phīa quia tui obliuione confunderis exulē te & expoliatū ꝓprijs bonis doluiſti ¶ Nota ex aſſecutione vel pditione vltimi finis homo dicitur potens vel impotens ex quarto huiꝰ · quia ergo Boetius ignorauit vltimū finem rerū ideo putabat malos eſſe potentes ¶ Nota Boetius ignorauit quibꝰ gubernaculis mundus regeretꝰ ideo ignorauit ꝙ deꝰ ſua bonitate omnia diſponeret ergo putabat vices fortunarꝫ eē ſine rectore : ·

Sed ſoſpitatis auctori grates : · Hic phīa oſtendit Boetiū eſſe curabilē dando modū ꝓcedendi circa curationē eius dicens · Tu des grates auctori ſoſpitatis ·i· ſanitatis ꝙ nōdum ·i· nō adhuc natura ·i· vigor naturalis deſtituit ·i· deſeruit te totū ·i· totaliter nos phīa habemꝰ maximū fomitem ·i· radicē tue ſalutis ·i· ſanitatis ſcꝫ veram ſententiā ·i· itellectū de mūdi gubernatione ꝙ tu credis eā ſuppͥle gubernationē nō eſſe ſubditā ·i· ſubiectā temeritati caſuū ſuppͥle fortuitorꝫ ſed diuine rationi igitꝰ nihil pertimeſcas iam tibi Boetio ex hac minima ſcintillula ·i· parua veritate illuxerit vitalis calor ·i· ardor mere veritatis animā viuificans · Tūc dat modū ꝓcedendi circa curationē eius dicens · Sed quoniā ꝑ quia nondū ·i· nō adhuc eſt tempus firmioribꝰ remedijs uti & conſtat ·i· manifeſtum eſt eā eſſe naturā mētiū ut quotiens abiecerint veras opiniones induātꝰ ·i· inuoluūtꝰ falſis opinionibꝰ ex quibꝰ falſis opinionibꝰ caligo ·i· obſcuritas ꝑturbationum ·i· paſſionum orta ·i· creata confundit illū verū intuitum ·i· cognitionem mentis · ego ſuppͥle phīa temptabo attenuare ·i· remouere pauliſper ·i· modicū hanc caliginē lenibꝰ ·i· facilibꝰ ꝗ ꝑ & mediocribus fomentis ·i· medicinis ut dimotis ·i· remotis tenebris fallatium affectionū ·i· falſarꝫ opinionū vel paſſionū poſſis agnoſcere ·i· intelligere ſplendorem ·i· claritatē vere lucis ·i· lucide veritatis · ¶ Nota ſicut ī morbo corꝑali vigēte principali mēbro puta corde poteſt ꝑ medicinas introduci ſanitas alijs mēbris ſed naturali calore deſtituente ipſum cor fruſtratꝰ ſpes ſanitatis · ſic in morbo ſpirituali manente in Boetio cognitione illius principij ꝙ deꝰ gubernet mūdū poteſt ꝓcurari ſalus q̄ntū ad errorem in alijs · ergo dicit phīa quaſi cōgratulādo Boetio debes reddere grates auctori ſoſpitatis ¶ Nota quādo ītellectꝰ abicit verā opinionem ſtatim afficitꝰ falſa opinione quia intellectꝰ nō abicit verā opinionē niſi ꝓpͭ aliq̄ꝑ ꝑſuaſionē ꝑ contrariū nihil aūt cōtrariatꝰ vero niſi falſum iō ītellectus nō poteſt abicere verū niſi accipiēdo falſum ¶ Nota tenebre affectionū impediūt rectum iudiciū · quia triſtitia ſtupefacit & corrūpit naturam · ex ethicis · ſed amorꝫ & odiū ꝑuertūt iudiciū ſcd̄m Ptholomeū in centilogio & ire & cōcupiſcentie venereorꝫ maxīe trāſmutāt corpꝰ & quibꝰdā īſanias faciūt · vii · ethicorꝫ · & impedit ira animū ne poſſit cernere verū ſcd̄m katbonē : ·

## Metrū ſeptimū

Nubibꝰ atris condita nullū : · Hic incipit ſeptimū & vltimū metrū huiꝰ primi quod vocatꝰ metrum adonicū ab inuentore · dimetrū a numero pedum · dactilicū a pede p̄dominante · In quo metro phīa ꝓbat ꝑ exempla qd̄ dixit dixit enī phīa ꝙ caligo ꝑturbationū impedit ītuitū veritatis hoc primo ꝓbat phīa tribꝰ exemplis · ſcd̄o hortatꝰ nos ad fugā ꝑturbationū ibi Tu q̄ꝫ ſi vis · prima ī tres ſcd̄m tria exempla q̄ patebūt · dicit primo Sydera cōdita ·i· abſcondita atris nubibꝰ ·i· obſcuris nubibꝰ nullum lumen poſſunt fundere ad illuminandū terrā · Tūc ponit ſecundū exemplū · Si turbidus auſter ·i· obſcurus ventus voluens ·i· mouens mare miſceat ·i· cōmiſceat cū ſceno qd̄ ē ī fundo

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

eſtũ maris · i · feruorẽ tũc vnda maris dudũ
· i · prius vitrea · i · tranſparens ad modũ
vitri par · i · ſimilis ſerenis · i · claris diebus
mox · i · ſtatim ſupple illa aqua facta ſordi-
da p flatũ venti reſoluto ſceno · i · eleuato
luto obſtat · i · reſiſtit viſib9 · i · oculis non
potentib9 penetrare vndam maris · Tunc
ponit tertiũ exemplũ · Amnis · i · fluuius
qui de altis montib9 vagatur · i · diſcurrit
ille ſepe reſiſtit · i · reflectit̃ obice · i · obiec-
tione ſoluti ſaxi · i · rupti lapidis rupe · i · de
monte ¶ Nota q̃ ſimilitudo quã phia pre-
tendit ẽ iſta · Sicut ſydera conſueta nobis
lucere & terrã illuminare ceſſant hoc face-
re ppter interpoſitionẽ nubiũ obſcuraꝝ ſic
intellect9 & ratio que lucent & illuminant
hominem ĩ cognitione veritatis impediũt̃
caligine pturbationũ ¶ Nota q̃ ſimilitudo
ſecundi exempli in hoc conſiſtit · Sicut aq̃
maris manente clara ad modũ vitri viſus
poteſt eã penetrare & videre q̃ ſunt ſub aq̃
ſed ſi turbat̃ illa p ventũ tũc obſtat viſui
ſic anim9 hominis quietus nõ impedit iu-
diciũ rationis ſed ſi moueatur & turbatur
affectione tẽporaliũ ſtatim obſiſtit racõni
impediẽs eius iudiciũ ¶ Nota q̃ ſimilitudo
tertij exempli talis ẽ · Sicut aqua currẽs
de altis mõtib9 libere recto tramite pcedit
& p obſtaculum lapidis qui reſoluitur de
monte impedit̃ ne recte pcedat · ſic ratio
libera non impedita recte iudicat · ſi autem
ratio afficit̃ motib9 affectuũ impeditur in
iudicio & veritatis cognitione ¶ Nota q̃
rupes eſt moles lapidea ſiue mons lapide9
ſed ſaxũ ẽ pars reſoluta a rupe · i · a mõte:
Tu q̃s ſi vis: · Hic philoſophia hortat̃ ad
fugam perturbationum ſiue affectionum
animi dicens · ſi tu vis cernere · i · videre
vel iudicare verum · i · veritatem claro lu-
mine · i · vera cognitione & ſi vis etiã car-
pere · i · attingere callem · i · viam veritatis
recto tramite · i · proceſſu rationis tunc tu
pelle · i · repelle gaudia ſupple que ſunt de
bonis preſentib9 & pelle · i · remoue a te ti-
morem ſupple de futuro malo q̃ pro & tu
fugato ſpem ſupple que eſt de bona fortũa
nec etiam aſſit dolor ſupple qui eſt de pre-
ſenti amiſſione bonoꝝ ſupple que mens ẽ
nubila · i · obſcura vel opta q̃ p & ẽ vincta
· i · ligata frenis · i · ligaminib9 vbi · i · in q̃
mente hec ſupple predicta regnant id eſt
dominant̃ ſcʒ gaudium de pſentib9 bonis
timor de futuro malo · ſpes de futuro bono
dolor de preſenti malo ¶ Nota ſicut prius
tactum eſt · affectio eſt motus particule
ſenſitiue ſub fantaſia boni vel mali animũ
affitiens & rectum rationis iuditiũ impe-
diens · Et ſunt quatuor affectiones tales
principales ad quas omnes alie reducunt̃
ſcʒ gaudiũ ſpes timor & dolor quaꝝ ſuf-
fitientia ſic accipit̃ · Omnis paſſio vel eſt
reſpectu boni vel mali · Si reſpectu boni
hoc dupliciter · vel reſpectu boni preſentis
ſic eſt gaudium quod eſt de preſenti bono
Si eſt de reſpectu boni abſentis ſic ẽ ſpes
que eſt de futuro bono · Si aũt paſſio eſt
reſpectu mali hoc dupliciter vel reſpectu
mali preſentis ſicut eſt dolor qui eſt de p-
ſenti malo · Si eſt reſpectu mali abſentis
ſic eſt timor qui ẽ de futuro malo ¶ Nota
q̃ iſte paſſiones non ſunt pellende vt non
ſint in animo hominis quia vix inuenitur
hõ ſine ipſis ſed ſic ſunt pellende vt nõ do-
minent̃ in homine vnde ſedare huiuſmodi
paſſiones vt non dominent̃ eſt hominis
virtuoſi quia virtus conſiſtit in modera-
tione paſſionum · Si aũt regnant & do-
minant̃ in homine tũc impediunt iuditiũ
rationis propter quod dixit Euſtratius
ſuper libro ethicoꝝ · oportet reluctari con-
tra paſſiones ſenſitiuas que ſi preualuerit
impediunt vires anime ¶ Nota iſte paſſi-
ones & affectiones ſi ordinãt̃ ad terrena
tũc ſunt nociue attamẽ poſſunt eẽ merito-
rie & ṽtuoſe ſi fuerit ad debitas fines ordi
nate vñ richãd9 ĩ libro · xii · p̃riãchaꝝ dicit
ordinatũ & verũ gaudiũ tũc habemus qñ
de veris & eternis bonis gaudemus · Etiã
timor ẽ virtuoſus ſi fuerit ad deũ ordinat9
quia ſcriptũ ẽ · Iniciũ ſapientie timor do-
mini · Et idem Richardus dicit · Prima
virtutũ ples ſine qua ceteras habere non
poteſt eſt timor dei · Itũ ſpes ut dicit idẽ
Richard9 efficit̃ ordinata ſi de indulgẽtia

venie generatᷣ. vñ dicit vere & abſqꝫ dubio
quanto quis frequentius quantoqꝫ vehe=
mẽti⁹ de ſuo reatu interno dolore afficitᷣ
tanto certior tantoqꝫ ſecurior per ſpem de
indulgentia venie efficitᷣ. Similiter dolor
eſt virtuoſus qñ fit ad deplangendũ culpã
vnde Richardus. Quanto quis vehemẽti⁹
metuit penam quam meruit tãto acerbius
plangit culpã quã fecit:.

¶ Explicit liber Prim⁹ Incipit Secũd⁹

¶ Proſa Prima

POſt hec paulifper obticuit:.
Hic eſt ſecundus liber Boetÿ
de cõſolatione philoſophie qui
continuatᷣ ad librũ precedentẽ
in hũc modũ. Poſtq̃ phia in
primo libro ĩueſtigauit cãs radicales ĩfir=
mitatis. H. ĩ hoc ſecdo ꝓcedit ad ei⁹ cura=
tionẽ. primo adhibendo ſibi remedia leuia
Secundo remedia validiora ĩ libris conſe=
quentibꝫ. hũc enĩ modũ medicandi phia
ꝓmiſit Boetio. Et diuiditur iſte liber in
.xvi. partes quia octo ſunt proſe & octo
metra hui⁹ ſecundi que partes patebunt.
quid aũt in qualibet parte agatᷣ ſimiliter
videbitᷣ. Prima proſa diuiditur. Primo
oſtendit Boetius quid phia egerit poſt
p̃dicta & reſumit vnã cauſã doloris Boe=
tÿ. Secundo phia ponit quendã effectum
fortune. Tertio excuſat ſe de quodam.
Quarto tangit oportunitatẽ medendi Bo=
etiũ. Quinto ꝓcedit ad leuia medicamenta
eius. Secunda ibi. Intelligo. Tertia ibi
Sed ut arbitror. Quarta ibi. Sed temp⁹
eſt. Quinta ibi. Quid eſt igitᷣ o hõ. Primo
dicit. Poſt hec que dicta ſunt piloſophia
obticuit. i. tacuit paulifper. i. modicũ atqꝫ
ꝓ & vbi. i. poſtquam collegit. i. intellexit
meam attentionem. i. diligentiam mo=
deſta taciturnitate. i. temperato ſilentio
exorſa eſt. i. incepit loqui ſic. i. taliter. ſi
ꝓ quia ego cognoui cauſas. i. rationes ra=
dicales qꝫ ꝓ & habitum. i. diſpoſitionẽ tue
egritudinis. i. infirmitatis tu Boetÿ ta=
beſcis. i. triſtaris affectu qꝫ ꝓ & deſiderio
prioris fortune q̃ fuit tibi ꝓſpera ea fortuna
mutata. i. variata apud te ꝑuertit. i. mu=
tauit ſtatũ. i. diſpoſitionem tui animi. i.
tue mentis ſicuti tu tibi fingis ¶ Notandũ
ꝙ phia poſt predicta obticuit ut Boetius
magis animo deliberato verba phie collige=
re poſſet & ſibi reſpõdere quia ſcd̃m ſenecã
in ꝓuerbÿs deliberare vtilia mora tutiſſi=
ma eſt. Deliberandũ eſt diu quicquid fa=
ciendũ eſt ſemel diſcute quid audias proba
quid credas. Et ideo phia obticuit tanq̃
laſſata ex queſtionibꝫ prius motis. Vnde
Seneca ĩ libro de virtutibꝫ cardinalibꝫ nõ
ſemper in actu ſis ſed interdũ animo tuo
requiẽ dato & requies illa ſit plena ſapiẽtia
¶ Nota de hoc ꝙ dicit modeſta taciturni=
tate duplex ẽ taciturnitas q̃dã moderata
alia ſuperflua. Moderata taciturnitas eſt
qñ tacetᷣ qñ tacendũ eſt. de qua loquitur
Seneca in ꝓuerbÿs dicens. Tene ſemper
vocis & ſilentÿ temperamentũ tamen ĩ hoc
libentius incũbe ut libentius audias q̃ lo=
quaris. qui enĩ neſcit tacere neſcit loqui.
Superflua taciturnitas eſt qñ tacetur cũ
loquendũ eſt de qua dicit poeta. Nã nimiũ
tacuiſſe nocet ¶ Nota ꝙ Boetius in ſtatu
miſerie nõ erat magnanimus quia habuit
animũ ꝑuerſum fortuna. Magnanim⁹ enĩ
ẽ qui cõtra diffformes ĩſult⁹ fortũe vnani=
mi mẽtis ꝯſtãtia militat ſcd̃m albertũ ſup
ꝑo libro ethicoꝝ. & Seneca prima ep̃la ad
Lucillũ dicit. Primũ argumentũ cõpoſite
mentis exiſtimo poſſe conſiſtere & ſecum
morari ¶ Nota qꝫ phia dicit fortunam eſſe
mutatã circa Boetiũ ſicut ipſe fingit hoc
dicit ꝓ tãto quia ſcd̃m rei veritatẽ fortu=
na non erat circa ipſum mutata ſicut phia
infra ꝓbabit:.

Intelligo multiformes:. Hic phia ponit
quendã effectũ fortune dicens. Ego intel=
ligo. i. cognoſco multiformes fucos. i. de=
ceptiones illi⁹ ꝓdigÿ. i. fortune & vſqꝫ
. i. tamdiu ſcꝫ ipſa fortuna exercet blan=
diſſimã familiaritatẽ cũ his quos nititᷣ. i.
laborat eludere. i. decipere dum. i. donec
confundat. i. ꝓtrahat intollerabili dolore
eos quos fortuna inſperata. i. ſine ſpe reli=
querit. i. dimiſerit cuius ſcꝫ fortune ſi tu
Boeci reminiſcare. i. recorderis naturam

mores ac ꝑ etiam meritū · i · dignitatē · nec
etiā cognoſcis te Boetiū in ea fortuna ha-
buiſſe aliquid pulchrū nec amiſiſſe · & per
conſequēs de amiſſione eius nihil ē dolēdū
¶ Nota ꝙ ꝓdigiū eſt miraculū pter ſolitū
curſum nature ꝓueniens · & dicit ꝓdigiū
qſi porro ꝓducens homines in admiracōnē
vel ſcd̄m Huguitionē ꝓdigiū eſt monſtrū
ad vaſtandū paratū dictū a prodigo · gis ·
quod eſt vaſto · ſtas · Fortuna autē poteſt
dici prodigiū primo quia ducit homines in
admirationē eo ꝙ bonis mala & malis bona
tribuit · vel dicit prodigiū ſcd̄o modo quia
vaſtat animū hominis · proſpera enī fortūa
vaſtat animū hoīs p nimiā ſollicitudinē
aduerſa p nimiā deſolationē ¶ Nota fucus
in vna ſignificatione dicit color ſuppoſitus
naturali colori & ponit pro deceptione quia
talis color decipit viſum cum facit mulierē
defformē apparere pulchrā ¶ Nota ꝙ for-
tuna ſua familiaritate decipit hominem &
confundit · quia dicit Seneca ī libro de cō-
ſolatione filij elve · Neminē aduerſa fortūa
cōminuit niſi quē fecunda decepit · & dicit
in ꝓuerbijs · Fortuna quē nimiū fouet hūc
ſtultū facit · fortuna nulli ſemel abeſſe con-
tenta ē · fortuna vitrea ē dū ſplendet fran-
gitur · Et Seneca quarta epiſtola dicit ·
Neminem eo fortuna ꝓuexit ut nō tm̄ illi
minaret quantum promiſerat · noli huius
tranquillitati confidere · memento ꝙ mare
euertit & eodem die vbi luſerunt nauigia
obſorbent : ·

Sed ut arbitror haud : · Hic phīa excuſat
ſe de quodam dicens · Sed ut ego phīa
arbitror · i · opinor haud multum · i · non
multū laborauerī reuocare · i · reducere tibi
hec ſupple ꝑdicta de moribꝰ fortune in me-
moriā · enī pro quia tu ſolebas · i · cōſuetus
fuiſti preſentē · i · aſtantē fortunā ꝙ pro &
blandientē · i · applaudentem inceſſere · i ·
arguere virilibꝰ · i · aſperis verbis ꝙ pro &
inſectabare · i · pſequebaris eā fortunā de
noſtro aditu · i · de noſtra īformatione ꝓ-
latis · i · pronuntiatis ſententijs verū ꝑ ſed
omnis ſubita · i · feſtina mutatio non con-
tingit · i · aduenit ſine quodā conflictu · i ·
turbatione animoꝝ ſic · i · taliter factum eſt
ſcꝫ de te ut tu diſceſſeris paulisper · i · modi
cū a tua trāquillitate · i · a tue mētis quiete
¶ Nota ꝙ ſapiētis & magnanimi eſt cō-
tra fortunam conſtanter militare & non
puſillo animo ſuccumbere · vnde Seneca
in libro de clementia dicit · O magnos vi-
ros qui maligne fortune ſuccūbere neſciūt
& aduerſas res ſue virtutis experimenta
faciūt · Nam ſecundum Areſtotilem pri-
mo ethicoꝝ · Sapiēs ſcit bene ferre fortu-
nam quia habet ſe ſine vituperio ſicut the-
tragonum · corpus enī thetragonum quo-
cunqꝫ proicitur firmiter ſtat ſicut animus
ſapientis conſtans permanet quacūqꝫ for-
tūa imminente ¶ Nota ꝙ quies animi fit
ꝑ ſedationem paſſionum que cauſatur ex
ordinatione rationis cum deliberatione ſed
ſubite mutationes preueniunt deliberatio-
nem rationis ideo mutāt & turbant animū
propter quod dicit philoſophia Omnis ſu-
bita mutatio rerū nō cōtingit ſine cōflictu
animoꝝ : ·

Sed tempus eſt haurirē te aliquid : · Hic
philoſophia tangit oportunitatem medēdi
ipſum Boetium dicens · Sed tempus eſt
· i · inſtat te Boetium haurire · i · recipere
ac pro etiā guſtare aliquid molle · i · facile
atqꝫ pro & iocundum · i · delectabile quod
leue vel delectabile trāſmiſſum ad interiora
ſcꝫ tui animi fecerit viam validioribꝰ hau-
ſtibꝰ · i · fortioribꝰ remedijs igit pro ergo
ſuadela · i · perſuaſio rhetorice dulcedinis
· i · rhetorici ornatus aſſit · i · ſit preſens
que rhetorica procedit tantū · i · ſolūmodo
tunc recto calle · i · recta via cum nō deſerit
· i · derelinquit noſtra inſtituta · i · docu-
menta · Cunqꝫ hac ſcꝫ rhetorica muſica
· i · ars metrica vernacula · i · famula nr̄i
laris · i · noſtre domus ſcꝫ aſſit & ſuccinat
· i · decantet nunc · i · aliquando leniores
modos · i · faciliores verſus & nunc · i · a-
liquando grauiores · i · difficiliores ¶ No-
ta ꝙ philoſophia inuitat duas ſcientias
ad curationem Boetij ſcꝫ rhetoricam &
muſicam · Rhetoricā inuitat ratione proſe
in qua vtit rationibꝰ pſuaſiuis rhetoricis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

colorib⁹ adornatis · Muſicā inuitat ꝓpter
metꝝ nā ſicut ī muſica utimur arſi & theſi
· i · concordi eleuatione & depreſſione vocis
ſic ſimiliter in metro utimur eleuatione qñ
ꝓducte ſillabe eleuant̄ & utimur depſſione
qñ breues ſillbe deprimūt̄ quadā concordia
ꝓportionali ¶Nota dicit Tuli⁹ ī ꝓhemio
rhetorice ſue ꝙ eloquētia ſine ſapiētia pleꝝ
ꝗ obeſſe poteſt · nūꝗ aūt ꝓdeſſe · cū igitur
rhetorica ſit ſcientia eloquendi ornate ipſa
non ꝓdeſt ſine ſapientia ideo dicit pħia ꝙ
rhetorica tūc ꝓcedit recto calle quando nō
deſerit noſtra inſtituta que ſunt inſtituta
& documenta ſapientie: ·
Quid eſt igitur o homo: · Hic pħia adhibet
Boetio leuia medicamenta · Ubi nota ꝙ
leuia medicamenta ſiue remedia dicuntur
rationes ſumpte ſcd̄m cōmunē vſum homi⸗
nū pſuadentes non eſſe dolendū de aduer⸗
ſitate fortune · Remedia aūt validiora ſunt
rationes que ſunt contra cōmunē opinionē
hominū oſtendentes quid ſit ſummū bonū
& in quo conſiſtat & quomodo ad ipſum
ꝑueniat̄ · & ꝙ mali ſunt impotētes & boni
potentes & ſimilia · Primo ergo oſtendit
pħia nō eſſe dolendū de fortuna quia ſer⸗
uat ꝓpriā naturā circa ipſum & hoc oſtēdit
quinꝗ rationib⁹ pſuaſiuis · Secundā ponit
ibi · Si ꝓbas · Tertiā ibi · An vero · Quātā
ibi · Qꝫ ſi nec · Quinta ibi · Poſtremo equo ·
Prima ratio talis eſt · Nullus in meſtitiā
& luctū deicit̄ niſi ꝓpter aliquid nouū vel
inuſitatū contingens circa ipſum · ſed mu⸗
tatio fortune nō eſt aliquid nouū vl̄ inuſi⸗
tatū ergo eius mutatio nullū debet deicere
in dolorē · dicit ergo in littera · Igit̄ o hō
· i · tu Boeci quid eſt illud quod deiecit · i ·
pſtrauit te in meſtitiam ꝗ ꝑ & luctū ego
pħia credo ꝙ tu boeci vidiſti aliquid nouū
ꝗ ꝑ & inuſitatū · i · inconſuetū ſupple con⸗
tingere circa te tu Boeci putas · i · eſtimas
ipſam fortunā eſſe mutatā · i · ꝑuerſā a ſua
natura erga · i · circa te erras · i · falſe eſti⸗
mas quia hi ſemper ſunt eius mores iſta ē
natura eius ꝙ nunc ſit aduerſa nūc pſpera
ipſa fortuna ſeruauit circa te potius ꝓpriā
conſtātiā in ipſa ſui mutabilitate quia mu⸗
tatio fortune eſt ſua conſtantia talis enim
erat ſcꝫ mutabilis cum tibi blandiebat̄ · i ·
adulabat̄ cū tibi alluderet illecebris · i · de⸗
lectationib⁹ falſe felicitatis · i · pſperitatis
tu deprehendiſti · i · cognouiſti ambiguos
vultus · i · dubias facies ceci numinis · i ·
cece dee fortune que ſcꝫ fortuna adhuc ve⸗
lat · i · occultat ſeſe · i · ſeipſā aliꝭ hominib⁹
tamen applaudendo eis pſperitate ipſa tibi
tota innotuit · i · manifeſta eſt prorſus · i ·
omnino ſcilicet pſperitate & aduerſitate ·
¶Nota ꝙ illecebra · bre · ē delectatio car⸗
nalis illicita hominem alliciens licet inue⸗
niat̄ pro quacūꝗ alia delectatione ¶Nota
ſicut beſtia vel auicula vel piſcis delectatio⸗
nis ſpe decipit̄ ſic homo delectatione pro⸗
ſperitatis fortune fallaciter irretit̄ · Unde
Seneca · viii · epiſtola · clamo vitate q̄cūꝗ
caſus tribuit ad omne fortuitū bonū ſuſpi⸗
tioſi pauidiꝗ ſubſiſtite nam fera & piſcis
ſpe aliqua oblectante decipit̄ ¶Nota de⸗
lectationes fortune ſunt falſe nā ſcd̄m btm̄
Auguſtinū proſpera hui⁹ mundi aſperita⸗
tem habent verā · iocunditatē falſā certum
dolorem incertam voluptatē ¶Nota pħia
appellat fortunā cecum numen · Huguitio
dicit ꝙ numen eſt virtus dei vel ipſe deus
vel dei poteſtas vel maieſtas · hic aūt acci⸗
pit̄ ꝑ dea quia antiqui fortunā colebāt ꝑ
dea ¶Nota ꝙ fortunā dicit eſſe cecam dicit
Tuli⁹ ī libro de amicitia · Fortuna vt me⸗
dicus ignarus multos excecauerit non ꝙ
ipſa ceca ſit ſed eos cecos plerūꝗ efficit q̄s
complexa eſt ¶Nota ꝙ fortuna antiquit⁹
depingebat̄ duplici fronte calua & capil⸗
lata · ꝑ caluā deſignando aduerſitatem per
capillatā pſperitatē ergo dicit pħia depꝛ⸗
hendiſti ambiguos vultus fortune: ·
Si ꝓbas utere morib⁹: · Hic ponit ſcd̄am
rationē que talis ē · De illius amiſſone nō
eſt dolendū quod eſt pernitioſum & quo
habito homo nūꝗ eſt ſecurus · fortuna ē
huiuſmodi vt tangit ī littera ergo & cetera
dicit ergo · Si probas · i · approbas fortunā
utere morib⁹ ei⁹ ne queraris · i · conq̄raris
ſi ꝓhorreſcis · i · ꝓtimeſcis perfidiam eius
ſperne atꝗ abice fortunā ludētē · i · ludēdo

inferentem tibi ꝑnitioſã ·i· damnoſa· nã
fortuna que nũc ē tibi cauſa tanti meroris
per ſui abſentiam hec debuit eſſe tibi cauſa
tranquillitatis ·i· ſecuritatis ꝑ ſui p̃ſentiã
ſed nõ fuit· eñi pro quia fortuna reliquit te
quã nõ relicturã nemo vnq̃ꝫ poterit eſſe ſe-
curus ¶ Nota circa hoc ꝙ dicit permitioſa
ludentē dicit Seneca· Ludit fortuna cum
ſuis moribꝫ & que dedit aufert & que ab-
ſtulit reddit· nec vnq̃ꝫ tutius eſt illã expe-
riri q̃ꝫ cum locum iniurie nõ habet ¶ Nota
ꝙ ſecuritas maxime hominē delectat ꝓpt̄
qđ eſt appetenda· vnde Seneca· vi· ep̄la
Nec me res vlla delectabit licet ſit eximia
& ſalutaris q̃ꝫ ꝙ mihi vni ſecurus ſum
Nota ꝙ ꝓſperitas fortũe nõ reddit hoīem
ſecurũ quia dicit Seneca Munera fortune
amica putatis inſidie ſunt · quiſquis vrñ
tutã vitã agere volet q̃ꝫplurimũ poteſt for-
tune beneficia deuitet in quibꝫ miſerrimi
fallunt̄ ·habere putam⁹ honores ī p̃cipitia
curſus iſte deducit ¶ Nota Seneca in de
remedȳs fortuitoꝝ· Exonerauit te fortũa ſi
ītelligis & tutiore loco poſuit damnũ putas
remediũ eſt clamas ꝙ opibꝫ expoliatus es
tuo vitio iſta tibi iactura tã grauis eſt nõ
tã moleſte ferres ſi tãq̃ꝫ ꝑditur⁹ habuiſſes
An vero tu p̃tioſã eſtimas :· Hic ph̄ia po-
nit tertiã rationē q̄ talis eſt· Illud nõ eſt
putandũ p̃tioſum & carũ qđ nõ ē manſuꝝ
& ſuo receſſu eſt afflictuꝝ· ſed fortuna eſt
huiuſmodi ergo nõ eſt reputanda pretioſa
& cara & ꝑ conſequens nõ dolendũ de ei⁹
amiſſione nec gaudendũ de eius poſſeſſione
vñ dicit ī lrã· Vero pro ſed an tu eſtimas
felicitatē abiturã ·i· receſſurã ſupple eſſe p̃-
tioſam & fortuna p̃ſens eſt cara tibi nec ē
fida manendi & cũ diſceſſerit ē allatura ·i·
adductura merorē quaſi diceret non debet
eſtimari pretioſa ¶ Nota ꝙ appellat fortu-
nã felicitatē quia ſcđm Ariſtotilē fortuna
vel eſt felicitas vel eſt ꝓxima felicitati vñ
in libro de bona fortuna dicit Ariſtotiles ꝙ
nõ contingit eſſe felicē ſine rebꝫ exterioribꝫ
quaꝝ fortuna ē domina & hoc ē intelligen-
dũ de felicitate pollitica & nõ ſpeculatiua q̄
conſiſtit in actu ſapientie ¶ Nota fortuna
diſcedens inducit merorem quia dicit Se-
neca ī libro de tranquillitate animi letiores
reliquit quos fortũa nũq̃ꝫ reſpexit q̃ꝫ quos
deſeruit· & Boetius poſtea dicet ꝙ infeli-
ciſſimũ genus infortuny eſt felicē fuiſſe :·
Qz ſi nec ex arbitrio retineri :· Hic ponit
quartã rationē que talis ē· Illud quod eſt
inditium future miſerie nec eſt carum nec
pretioſum nec per conſequens de ipſo do-
lendum· fortuna eſt huiuſmodi ſicut tan-
git in littera· vnde dicit ꝙ fortuna ſi nec
poteſt retineri ·i· haberi ex arbitrio ·i· ſe-
cundum voluntatem & ipſa fugiens ·i· re-
cedens facit calamitoſos ·i· miſeros· quid
aliud eſt fortuna fugax q̃ꝫ quoddã inditiũ
·i· ſignum future calamitatis ·i· miſerie
enim ꝓ quia neqꝫ ſufficit intueri ·i· inſpi-
cere illud quod ſitum eſt ·i· poſitum ante
oculos ·i· quod eſt preſens· verum ꝓ ſed
prudentia ·i· homo prudens metit̄ ·i· mē-
ſurat exitus ·i· fines rerum qꝫ ꝓ & eadem
mutabilitas ·i· inſtabilitas in alterutro
·i· in aduerſitate & proſperitate nec facit
minas ·i· inſidias fortune eſſe formidãdas
·i· timendas· nec facit blanditias eſſe ex-
optandas ·i· deſiderandas ¶ Nota calami-
tas eſt miſeria cũ aliquis nihil habet nec
in re nec in ſpe· & eſt dicta a calamo qui
eſt vacuus & inanis ¶ Nota ꝙ nõ ſufficit
ſolũ ītueri p̃ſentia ſed etiã futura quia li-
cet quandoqꝫ prima ſalua fiãt inditia vlti-
ma tamen alterius ſaporis inquinamenta
permanebũt hec in fine de diſciplina ſcola-
rium· & Tulius ſecundo rhetorice dicit·
Errant qui in proſperis omnes impetus
fortune putant effugiſſe ſapienter cogitãt
in temporibꝫ proſperis cauſas aduerſas re-
formidant· Et Seneca in de quatuor vir-
tutibꝫ cardinalibꝫ dicit· Si prudens es a-
nimus tuus tribꝫ temporibꝫ diſpenſet p̃-
ſentia ordina futura prouide & preterita
recordare· Nam qui nihil de preterito co-
gitat perdit vitam· Qui nihil de futuro p̃-
meditat̄ per omnia incautus incedit pone
ante animum tuum mala futura & bona ut
iſta poſſit ſuſtinere· & illa moderari· Et
Gamfredus in poetria· Exempla ſyrenes

habe doceariſ in illiſ · Sub meliori ſtatu
ſemꝑ peiora caueto. Nulla fides rerꝫ ſequi-
tur poſt mella venenū · Et claudit nox atra
diem nebuleqꝫ ſerenum: ·

Poſtremo equo aīo: · Hic ponit quintam
rationem que taliſ eſt · Quicunqꝫ alteriuſ
iugo ſe ſubmittit oportet ꝙ moreſ eiꝰ pa-
tienter ſuſtineat · ſed hō affectione tꝑaliū
ſubmittit ſe iugo fortune · ergo oportet ꝙ
moreſ fortune patienter tolleret · vn̄ ſicut
iniuſte agit qui vult īponere legē domine
ſue ita volenſ imponere legem fortune agit
iniuſte hāc rationē ꝑtēdit in lrā · Secūdo de-
clarat dictū ſuū ꝑ q̄dā ſimilia ibi · Si vētiſ
primo dicit · Poſtremo · i · vltimo dicam ꝙ
oportet ut tu tolleres · i · patiariſ equo aīo
· i · conſtanti animo quicquid geritur · i · fit
intra aream fortune · i · intra mundum cum
ſemel ſubmiſeriſ · i · ſubiugaueriſ colla ſcꝫ
tua iugo fortune appetēdo temporalia tāꝙ
p̄mia tuorꝫ meritorꝫ ꝙ ꝑ ſed ſi veliſ ſcribe-
re · i · ſcribendo imponere legem manendi
& abeundi ei quā tu tibi dominā ſponte e-
legiſti nōne fueriſ iniurioſuſ & impatiētia
· i · ꝑ tuā impatiētiā exacerbabiſ · i · āgues
ſortem · i · fortunā quā nō poſſiſ ꝑmutare ·
Nota ꝙ pħia mūdū appellat areā fortūe
quia ſicut in area tritulando torquēt ma-
nipuli ſic fortuna in mundo torquet hoīeſ
nunc ꝓſperitate nunc aduerſitate rotando
Notādū circa hoc ꝙ dicit nōne iniurio-
ſus fueris ꝙ iuſtitia ē libertas animi tribu-
ens vnicuiqꝫ qđ ſuū ē ſcđm ſuā dignitatē
deo amorē & obedientiā · maiori reuerentiā
pari concordiam · & minori diſciplinam · ſi
ergo famulus velit imponere legē domine
ſue cui tenet̄ exhibere reuerentiā operaret̄
contra iuſtitiā · Nota quicūqꝫ afficit̄ boniſ
exterioribꝫ & mutat̄ ſcđm mutationē eorꝫ
dicit̄ eſſe ſubiectus fortune & colla ſua iugo
eiuſ ſubmittere quia fortuna ē domina bo-
norꝫ exteriorū taliſ aūt fuit Boetius ergo
iniuriabat̄ fortune volenſ ſibi īponere legē
manendi & recedendi: ·

Si ventiſ vela cōmitteres: · Hic ꝓbat dictū
ſuū ꝑ quedā ſimilia ſcꝫ ꝙ fortuna non ſit ī
poteſtate hominiſ · dicit · Si committeres
vela nauiſ vento tuducereriſ nō quo vo-
luntas tua peteret · i · deſideraret ſed quo
flatꝰ vēti te pelleret · Si crederes · i · cōmit-
teres ſemina aruiſ · i · agriſ tu pēſares · i ·
iudicareſ ānos feraces · i · fertiles ꝙ ꝑ &
ſteriles int̄ ſe ita ꝙ nō haberes illos ānos
ī poteſtate tua · a ſimili tu dediſti te regen-
dū fortune oportet ꝙ obtemperes · i · obe-
dias moribꝫ domine · vero ꝑ ſed tu conaris
· i · laboras retinere impetū · i · curſum vol-
uentiſ rote · i · mobiliſ fortune & fruſtra
laboras O ſtolidiſſime · i · ſtultiſſime omniū
mortaliū neſcis tu ꝙ ſi ſors · i · fortuna in-
cipit manere · i · ſtabiliſ eſſe ꝙ tunc deſinit
· i · deſiſtit eſſe ſors · Sicut eīm non ſimul
ſtant ꝙ aliquiſ ſit hō & non ſit rationaliſ
ſic nō ſtant ſimul ꝙ ſit fortuna & non ſit
mutabilis Nota ꝙ ſicut cōmittēſ velum
vento amplius non ē in poteſtate ſua duci
quo vult ſed ſcđm impetū venti ducit̄ · &
ſicut cōmittenſ ſemina agro nō eſt in po-
teſtate eiuſ ꝙ ꝓueniāt āni fertiles vel ſte-
riles · ſic a ſimili qui cōmittit ſe fortune nō
ē ī poteſtate ſua vt habeat fortunā ꝓſperā
vel aduerſam Nota circa hoc ꝙ dicit vol-
uētiſ rote ꝙ antiquitus fortuna depinge-
bat̄ cū rota hac ratione · Nam in rota ſunt
quatuor diuerſitates · vna pars eſt ſumma
alia infima · tertia qua de ſummo deſcēdit̄
ad ymū · quarta qua de ymo aſcendit̄ ad
ſummū · Similiter in hominibꝫ inueniūt̄
q̄tuor varietates · quidā eīm ſunt ī ſumma
ꝓſperitate tales ſunt eleuati ī rota fortūe ·
Alij ſunt in ſumma aduerſitate tales iacēt
deiecti ſub rota · Tertij declināt de ꝓſpe-
ritate in aduerſitatem tales deſcendūt de
ſummitate rote · Quarti ꝓcedūt de aduer-
ſitate in ꝓſperitatē tales aſcendūt rotam
fortune · vn̄ eleuatus in rota fortune dicit
Glorior elatus · deſcendens dicit deſcendo
mortificatus · deiectus dicit Infimus axe
rotor · aſcendens dicit letus ad alta vehor ·
Nota ꝙ natura nō aſſueſcit in contrariū
nam ſi lapis milesies proiciat̄ ſurſum non
aſſueſcit aſcēdere ſurſum cū natura eiꝰ ſit
deſcēdere · Sicut ergo eēt ſtolidiſſimꝰ qui
laboraret alicui auferre ſui naturā ſic ſtoli-

d? ē qui laborat fortūe auferre mutabilitatē
que ē eius natura ergo dicit pħia at omniū
ſtolidiſſime :·

## Metrū primū

HEc cū ſupba verterit vices dextra
Hic incipit primum metrum hui?
ſecundi quod dicit̃ yponauticū ab
inuentore quia labor nautaꝝ cantu huiuſ-
modi metri ſubleuat̃ · & dicit̃ metrū iam-
bicū a pede ꝑdominante · eſt aūt iambo pes
contrarius trocheo ↄſtans ex prima breui
& vltima longa & dicit̃ metrū trimetrum
licꝫ enī hoc metrū habeat ſex pedes tamen
computando duos pedes ꝑ metro erit me-
trū trimetrū · In quo metro pħia deſcribit
mores fortūe dn̄s · Cū hec ſcꝫ fortūa v̄terit
vices · i · alt̃natiōes ꝓſperitatis & aduerſi-
tatis ſupba dextra · & cū fert̃ more euripi
· i · maris eſtuātis · i · inundātis tūc fortūa
ſeua · i · crudelis ꝓterit · i · conculcat reges
dudum tremendos · i · metuendos · & ipſa
fallax ſubleuat de aduerſitate humilē vul-
tū victi · i · depreſſi nec ipſa audit flet? nec
curat miſeros · i · pauperes & ipſa exiſtens
dura quia non flectit̃ ad volūtatē hominū
ridet · i · deridet vltro · i · ſpontanee gemit?
miſeroꝝ quos fecit ſic illa ludit ſic probat
· i · experit̃ ſuas vires & ipſa mōſtrat ſuis
magnū oſtentū · i · miraculū ſi quis viſat̃
vna hora ſtratus · i · aduerſitate depreſſus
& felix · i · proſperitate eleuat? q̄ſi diceret
fortuna videtur exhibere ſuis · i · hominibꝰ
qui bonis eius inhyant magnū miraculū
quando aliquis ſubito videt̃ mutari de ad-
uerſitate ī ꝓſperitatē & econuerſo ¶ Nota
ꝙ fortuna dicit̃ ſuperba eo ꝙ nullū veret̃
nec aduertit probitatē nec malitiā alicui?
& ſi vocat̃ · more ſupborū obaudit ¶ Nota
ꝙ euripus ſcd̄m aliquos ē vent? turbinis
& dicit̃ euripus quaſi eurus rapidus & ē
eur? nomē venti · Scd̄m alios aūt & forſā
melius euripus eſt brachiū vl̃ ſinus maris
cuius decurſus eſt incertus & propter in-
certitudinē ſui curſus frequenter periclitā-
tur ibi naues · & dicit̃ ab eu qd̄ ē bonū &
ripa q̄ſi bona ripa ꝑ cōtrariū ſicut ergo cur-
ſus euripi eſtuātis ē icert? ſic & mutabili-
tas fortūe ¶ Nota ꝙ de opatiōe fortūe q̄lit̃
hos eleuat & hos deprimit loquit̃ Alan?
in anticlaudiano dicens · Precipitē mouet
illa rotam motuſq̧ laborum · Nulla quies
claudit nec ſiſtunt otia motu · Hos premit
hos eleuat · hos deicit · erigit illos · Cogit
& ī varios homines deſcendere caſus · Et
pauꝑ Henricus · Quicquid agas quicquid
dicas quicquid patiaris Nō facis vt retra-
has q̄ mea dextra trahit · Hic ego primatū
venerādaq̧ ſceptra tenebo · Et pro velle meo
mel tibi felq̧ dabo :·

## Proſa ſecunda

VEllem aūt pauca :· Hic incipit
ꝓſa ſecunda huius ſecundi in qua
philoſophia probat Boetio non
eſſē conquerendum de fortuna quia nihil
ſibi abſtulit & introducit fortunam allo-
quentem Boetium · Et diuidit̃ quia p̄io
perſuadet Boetio introductionem fortune
Secundo introducit eam ibi Quid tu o hō
Primo philoſophia dicit · O Boeci ego
philoſophia vellem tecum pauca agitare
· i · diſcutere verbis ipſius fortune tu vero
animaduerte an ius · i · iuſtitia poſtulat
hoc ¶ Nota ꝙ ſimilitudo orationis quan-
doq̧ generat faſtidiū ideo quandoq̧ ipſam
oportet mutari · vnde Tulius quarto li-
bro rhetorice dicit · ſermonem in dicendo
commutari oportet vt facile ſatietas va-
rietate vitet̃ · ideo philoſophia hic vari-
at orationem ꝑ introductionē noue ꝑſone
vtendo proſopopeya que figura a Tulio
vocat̃ conformatio · perſuadet igit̃ pħia
Boetio introductionē fortune · dicit Vellē
autē & cetera :·
Quid tu o homo :· Hic philoſophia intro-
ducit fortunam alloquentem Boetiū que
oſtendit querimoniam ipſius eſſē iniuſtam
quia nihil ſibi abſtulit · primo ergo fortūa
oſtendit ꝙ nihil Boetio iniuſte abſtulit ·
ſecundo quandam reſponſionem Boetÿ
excludit ibi An tu mores · primo facit qd̄
dictum eſt · ſecundo reſpondet tacite queſ-
tioni ibi An ego · Primo dicit fortuna ad
Boetium · O tu homo quid agis · i · vexas
vel facis me ream cottidianis · i · aſſiduis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

querelis · quaſi diceret facere non deberes
quã tibi fecimus iniuriã q̃ſi diceret nullam
que tua bona tibi detraximus quaſi diceret
nulla · contende mecũ ĩ iudicio de poſſeſſio-
ne opũ & dignitatũ corã quocũq; iudice &
ſi monſtraueris aliquid eſſe ꝓpriũ hoꝝ bo-
noꝝ cuiuſq; mortaliũ ego ſponte cõcedam
tibi ea que repetis fuiſſe tua · ꝙ aũt nõ ſint
tua nec alicuius hominis propria ꝓbo tibi
quia cũ natura ꝓduxit te de vtero matris
ego ſuſcepi te nudũ & inopem · i · carentem
omnib9 reb9 & foui te meis opibus & ego
ꝑna · i · ꝑmpta educaui · i · nutriui te in-
dulgentius · i · clementius fauore · i · gratia
mea quod te nũc facit impatientẽ noſtri · i ·
contra nos · quia ſi Boetius a principio nõ
fuiſſet nutritus ꝓſperitate fortune nõ fuiſ-
ſet impatiens de amiſſione eius · Et ſubdit
Ego circumdedi te affluentia & ſplendore
omniũ bonorum que ſunt mei iuris · i · po-
teſtatis nũc aũt libet · i · placet mihi retra-
here manũ tu habes gratiã · i · mihi referre
grates tanq̃ uſus alienis non habes ius q̃-
rele tãq̃ tua ꝑdideris quid igit̃ ĩgemiſcis
q̃rulando nulla tibi a nobis illata ẽ violẽtia
opes honores & cetera taliũ ſunt mei iuris
· i · poteſtatis & famule mee ſcꝫ honores &
poteſtates recognoſcũt me dominã mecum
veniũt mecũ recedũt audacter affirmem ſi
tua forẽt que cõquereris amiſſa nullo modo
ea perdidiſſes ¶ Nota ꝙ tota ratio fortũe ĩ
hoc cõſiſtit · Nulli manet rationabilis q̃ri-
monia de eo qui nihil alioꝝ aufert ſed ꝓꝑa
ꝑ ſuo libito diſponit · ſed fortuna nihil ab-
ſtulit qđ erat Boetÿ ſed ꝓꝑa diſpoſuit ꝑ
ſuo libito · ergo & cetera ¶ Nota de hoc ꝙ
dicit que tibi tua Seneca dicit in de reme-
dÿs · Nõ eſt tuũ quod fortũa fecit eſſe tuũ
Alienũ eſt omne quicquid optando euenit
& nihil ipſius ꝓpriũ putari licet qđ eripi
poteſt Nota quia homo ꝓducit̃ nud9 ex
vtero matris ꝑ hoc innuit̃ magna eius mi-
ſeria · ſi enĩ hõ nudus naſceret̃ & nullo ĩdi
geret min9 eẽt miſer ſed quia nud9 naſcit̃
nihil poſſidens & pluribus indigens ideo
magis miſer eſt · Vnde pauper Heinricus
Primitus ĩ mundo tecũ tua quanta tuliſti

Nud9 eras ꝑo & poſtea nud9 eris ¶ Nota
ꝙ bona exteriora non ſunt ꝓꝑia hominis
quia dicit Seneca Nihil ꝓpriũ dicas quod
mutari poteſt fortuna · repoſcit quod dedit
donum quod dari potuit auferri potuit &
quod fortuna nõ dedit nõ eripit : ·
An ego ſola meum ius exercere : · Hic re-
ſpondet tacite queſtioni · Diceret aliquis
fortune licet bona exteriora ſint tua tamẽ
poſtq̃ ea homini cõtuliſti nõ deberes ãpli9
auferre · huic queſtioni reſpondet fortuna
dicẽs ꝙ hoc eẽt contra ius & contra naturã
ſuã quam nullus debet ſibi auferre immo
debet uti ſicut & cetere res utunt̃ ſua na-
tura vnde dicit · Nũquid ego ſola ꝓhibeor
exercere ius meũ cũ omnia alia exercẽt na-
turã ſuã quod declarat · quia licet · i · licitũ ẽ
celo ꝓferre lucidos dies & eos condere · i ·
abſcondere tenebroſis noctib9 & licet anno
redimire · i · ornare vultum · i · ſuperficiem
terre nũc · i · aliquando florib9 ſicut ĩ vere
nũc frugib9 ſicut in eſtate nũc confundere
bonoꝝ neſciūt q̄uo ad id ꝑueniant:·
Nū enī videntur errare hi:· Hic declarat
ītentū ſuū ſcʒ ꝙ omnes q̄rētes p̄dicta bona
querebāt aliquid qđ ꝓprie cōuenit ſummo
bono & primo oſtēdit hoc de diuicijs dicēs
Nū ꝑ nūquid iſti videnť errare ꝑ ītentio-
nē a ſummo bono qui nitūť nihilo indigere
ratione cuius querebāt diuicias · q · d · non
errant a ſummo bono quia nihilo indigere
maxime ſpectat ad ſummū bonū · vn̄ dicit
atqui ꝑ certe non eſt aliud qđ eque poſſit
ꝑficere beatitudinē q̄ ſtatus copioſus ōniū
bonorum nec alieni egens ſed ſibi ipſe ſuf-
ficiens · Tunc oſtendit idem de honoribus
dicens · Nū vero labunť ſupple ab ītentiōe
ſummi boni qui illud qđ ē optimū putant
id etiā eſſe digniſſimū cultu reuerentie · i ·
honoris & reſpondet minime ſupple labūť
neq̄ enī ē vile & contempnēdū qđ ītentio
omniū mortaliū laborat adipiſci & ſic que-
rētes honorē q̄rebāt aliquid qđ ē in ſummo
bono eo ꝙ ſummū bonū ē honorabiliſſimū ·
Tūc oſtendit idē de potentia dicēs · An ꝑ
nūquid ī bonis · i · inť bona nō ē numeranda
potentia · q · d · ſic · quid igiť ē dicendū niſi
ꝙ q̄rentes potentiā etiā tendūt ad ſummū
bonū cum ſummū bonū ſit potentiſſimū nō
enī illud ē eſtimādū ībecillū & ſine viribꝰ · i ·
ſine potētia qđ ꝯſtat eē p̄ſtātiꝰ · i · potentiꝰ
oībꝰ rebꝰ · Tūc oſtendit idē de gloria dicēs
An claritudo · i · gloria ē nihilipēdenda ita
vt querentes gloriā non tendāt ad ſummū
bonum · q · d · non eſt nihilipendenda ſed
nequit · i · non poteſt ſequeſtrari · i · negari
quin omne quod ē excellētiſſimū illud etiā
videať eſſe clariſſimum · i · glorioſiſſimum
Tunc oſtendit idem de voluptate dicens ·
Quid attinet dicere · q · d · de ſe manifeſtū
eſt beatitudinem non eſſe anxiā & triſtem
nec ſubiectā doloribꝰ & moleſtijs ſed ſup-
ple magis eſt plena voluptate & iocundi-
tate & per conſequens querentes volupta-
tem & letitiam tendunt ad ſummū bonū
quod aūt iocunditas & voluptas īcludať
in bono ſummo probať per locū a minori
dicens · Quoniam in minimis rebꝰ ſcʒ ap-
petendis patet ꝙ aliquid appetiť qđ delec-
tat haberi & ipſo frui · Hec igiť ſunt que
homines volunt adipiſci & ea de cauſa q̄-
runt diuicias dignitates regna gloriam &
voluptates · quia per hoc credunt ſibi eſſe
venturam ſufficientiam reuerentiam po-
tentiam celebritatem & letitiam · bonū igiť
eſt qđ homines appetunt diuerſis ſtudijs
· i · intentionibꝰ ¶ Nota ꝙ ex tota iſta lrā
poteſt formari vna ratio ſcʒ ꝙ querentes
predicta bona querunt beatitudinem · Ra-
tio eſt iſta · Illi tendunt ad beatitudinem
qui tendunt ad ſufficientiam reuerentiam
potentiam celebritatem & letitiā · ſed ap-
petentes predicta bona ſcʒ diuicias dig-
nitates regna gloriam & voluptates ten-
dunt ad ſufficientiam reuerentiam & ſic
de alijs · ergo tendunt ad beatitudinem ·
Maior eſt nota quia ſufficientia reuerētia
ſunt conditiones beatitudinis que ꝑfectiſ-
ſime reperiūť in beatitudīe querētes ergo
proprietates beatitudinis tendunt ad bea-
titudinem · minor patet ex littera ¶ Nota
ꝙ querentes diuicias propter ſufficientiā
ferebanť in ſummum bonum naturali ap-
petitu quia in ſummo bono eſt vera ſuffi-
cientia & in hoc nō errabant · ſed quia ſuf-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

ficientiā q̄ eſt nullius indigentie putabāt
ſibi prouenire ꝑ diuicias in hoc errabant·
Similiter querentes dignitates ꝓpter re:
uerentiā naturali intentione ferebantur in
beatitudinē eo ꝙ beatitudo ē reuerēdiſſima
ſed quia ſummam reuerentiā putabāt ſibi
ſubuenire ꝑ dignitates temporales ideo in
hoc errabāt & ſic intelligit̄ de alȳs:·
In quo quanta ſit nature vis:· Hic oſten:
dit phia vnde hoc ꝓueniat ꝙ quātumcūq̄
intentio hominū ſit diuerſa tamē tendit in
beatitudinē & oſtendit ꝙ hoc ꝓuenit ex vi
naturalis īclinationis que nulli auferri po:
teſt & dicit · In quo ſcʒ appetitu boni vel
beatitudinis facile monſtrat̄ quāta ſit vis
nature cū licet ſint varie & diſſidentes · i ·
diſcordantes ſententie hominū de ſummo
bono tamen homines conſenciūt . i · concor:
dant ī diligendo · i · in diligenter appeten:
do finē boni · i · beatitudinē ¶ Nota ꝙ fine
exiſtente vno poſſunt diuerſificari actiōes
tendentes in illū finē ſi eñ ꝓpt̄ diuerſitatē
actionū eſſet diuerſitas finiū nō eſſet eue:
nire ad vnū finē ſed ꝓcederet̄ in infinitum
in finibꝫ quod patet falſum ex ſecundo me:
thaphiſice · & hoc eſt verū de fine cuiꝰ gra:
tia omnia fiūt ꝙ ille eſt vnus & nō de fine
quo ut prius viſum eſt · licet ergo ſint di:
uerſe ſententie & ſtudia hominum tñ con:
ueniūt ī appetēdo vnū finē ſcʒ beatitudinē

¶ Metrū ſecundū

QVantas rerum flectat habenas:·
Hic incipit ſecundū metrū huius
tertȳ quod dicit̄ pindaricū ab in:
uentore · anapeſticū a pede ꝑdominante &
eſt dimetrū quia cōſtat ex quatuor pedibꝫ
q̄ꝝ duo cōſtituūt vnū metrū · In q̄ metro
quia phia ſupra dixerat ꝙ vis nature o:
perat̄ ꝙ intentio hominum ſemper tendit
in bonum ideo hic commendat vim nature
oſtēdens ꝙ tanta eſt vis nature ꝙ q̄ntū:
cū ꝑ res abducat̄ aſſuefactione vel violētia
ad aliquid quod eſt ſibi ꝑ̄ter naturā tamen
ſibiipſi derelicta ſemꝑ redit ad illud qđ ī eſt
ſibi ſcđm naturā & ꝑ̄mittit ſuā intentionē
ſecundo manifeſtat ꝓpoſitū ibi · Quāuis ·
primo dicit · Mihi phie placet ꝓmere · i ·
manifeſtare cantu arguto · i · ſonoro lentis
fidibꝫ · i · cordis lente ſonantibꝫ q̄ntas ha:
benas · i · naturales inclinationes potēs na:
tura flectat · i · regat quibus legibꝫ ꝓuida
natura ſeruat · i · conſeruat immenſum orbē
& quibꝫ legibꝫ natura ſtringat ligans ſin:
gula inreſoluto nexu · i · coniunctione in:
diſſolubili ¶ Nota triplex ē natura · natura
naturans ſicut ē deus a quo dependet celū
& tota natura · Alia eſt natura naturans &
naturata ſimul ſicut celum qđ dicit̄ natura
naturata inquantū dependet a deo & dicit̄
natura naturās īq̄ntū īfluit naturis iſtoꝝ
inferioꝝ · Alia eſt natura naturata tantum
quā beatꝰ Auguſtinꝰ ſic diffinit · Natura
eſt quedam vis & potentia diuinitus inſita
rebꝫ creatis que vnicuiq̄ rei ſuū eſſe tribuit
qua cū quiſq̄ mala utit̄ malus eſſe iudicat̄
In ꝓpoſito dictum phie poteſt intelligi de
natura tertio modo dicta licet quidam ex:
ponāt ꝑ natura primo modo ſumpta · Itē
leges nature hic vocat determinationes &
ꝓprietates naturales cuiuſlibet rei a deo ſibi
conſtitutas:·
Quamuis peni pulchra leones:· Hic phia
manifeſtat ꝓpoſitū per quatuor exempla ·
ſcđo generalit̄ ꝯcludit ſimilit̄ eē ī oībꝫ alȳs
ibi Repetūt · Prima in quatuor ptes ſcđm
quatuor exempla que patebunt · Primum
exemplū eſt de quadrupedibꝫ ſicut de leo:
nibꝫ qui licet ex quadā aſſuefactiōe domēt̄
ita vt miteſcant metuendo ſuū magiſtrū
tamen ſi multū offendant̄ redit eoꝝ cru:
delitas naturalis itavt ꝑ̄mo lacerāt dētibꝫ
magiſtrū ſuū · Vnde dicit ī littera · Quāuis
leones peni · i · libici geſtent · i · portēt pul:
chra vincula · i · cathenas in collo & captēt
· i · recipiant eſcas datas · i · porrectas eis
manibꝫ ſui magiſtri & q̄uis metuāt trucē
· i · crudelē magiſtrū leones inq̄ ſoliti ferre
· i · pati verbera magiſtri ſed ſi cruor tinx:
erit · i · madidauerit horrida ora · i · colla le
onū ꝑ nimia vbera tūc animi leonū reſides
· i · quieti redeūt ad naturalē crudelitatem
& leones meminere ſui · i · ſue nature graui
fremitu · i · magno rugitu ipſi laxāt · i · ſol:
uūt colla ſolutis nodis · i · ruptis vinculis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

& pꝛimus ſuus domitor ſcꝫ magiſter ille
imbuit · i · recipit lacer · i · laceratus rabidas
iras cruento dente ſcꝫ leonis ¶ Nota ſc̄dm
Iſidoꝝ libro ethymologiaꝝ peni ſunt ho-
mines carthaginenſes · eſt aūt carthago
ciuitas libie ꝓpter quod leones libie vocat
leones peni & huiuſmodi leones libie faci-
lius domāt̄ ¶ Nota q̄ntūcunq̄ leones do-
ment̄ & aſſuefactione ducāt̄ a ſua crudeli-
tate ſi tamē afficiant̄ cruoꝛe vel ſanguine
redeūt ad naturalem crudelitatem : ·
Que canit altis garrula ramis : · Hic ponit
ſecundū exemplū qd̄ eſt de volatilibꝫ · & ē
tale · Auicula capta que p̄ter naturam do-
meſticat̄ q̄ntūcūq̄ foueat̄ delicijs hominū
tamen habita opoꝛtunitate redit ad ſilueſ-
tritatem · Vnde dicit in littera · Ales gar-
rula q̄ canit altis ramis ſi illa capta claudi
tur ī antro cauee · i · domūcule ſupple vt ibi
maneat ad ſolatiū hominū licet ludēs cura
hominū miniſtret huic aui pocula illita · i ·
linita melle & largas dapes miniſtret dul-
ci ſtudio ſi tn̄ illa auis ſaliēs ex arto tecto
· i · ex arta domūcula viderit gratas vm-
bras nemoꝝ ipſa proterit pedibꝫ ſuis eſcas
ſparſas & ipſa meſta quia fuit detenta re-
quirit ſiluas & dulci voce ſuſurrat · i · cātat
in ſiluis ¶ Nota natura nō aſſueſcit in con-
trariū ſi enī lapis cencies milleſies ꝓiciat̄
ſurſum nō aſſueſcit aſcendere ſurſum · licet
ergo aliqua ꝯſuetudine vel violētia natura
poſſit ad tempus impediri · tamen ſemper
inclinat̄ ad ꝓpꝛiū opus : ·
Validis quondam viribꝫ acta : · Hic ponit
terciū exemplum de vegetabilibꝫ ſicut de
virga creſcente quod tale eſt · Licet vir-
gula erecta ꝑ violentiā incuruetur tamen
relicta ꝓpꝛie nature ipſa ſurſum erigitur ·
Vnde dicit in littera · Virga quondā acta
· i · coacta validis viribus ſupple hominis
incuruantis eam ipſa flectit ꝓnū cacumen
ſed ſi dextra curuans remiſerit hanc ipſa
ſpectat · i · reſpicit celū recto vertice · q · d ·
depoſita violētia īcuruātis v̇ga redit ad na
turalē rectitudinē ¶ Nota licet natura reꝝ
inaīataꝝ nō facile aſſueſcat ī cōtrariū tn̄ in
hominibꝫ rationalibꝫ multum facit aſſueſ-
cendo vel cōſueſcendo quia licet aliquis ſit
male complexionatus tamen per vſum &
conſuetudinem abilitat̄ & complexio mu-
tat̄ · vnde Seneca · Conſuetudo eſt altera
natura : ·
Cadit heſperias phebus in vndas : · Hic
ph̄ia probat intentum ſuum ponēdo quar-
tum exemplum in coꝛpoꝛibꝫ celeſtibꝫ & eſt
tale · Sol motus ab oꝛiente in occidentem
cadit in mare heſpericum ſed naturali in-
clinatione redit ad oꝛientem ſub noſtro e-
miſperio · vnde dicit in littera · Phebꝫ · i ·
ſol cadit in vndas heſperias · i · occidenta-
les ſed ſecreto tramite · i · ſecreta via ſcꝫ ſub
terris rurſus · i · iterum vertit curſum ſuū
ad ſolitos oꝛtus · i · ad partes oꝛientales ·
¶ Nota ꝙ Boetius hic loquit̄ moꝛe poe-
tarum qui dicebant ſolem tempoꝛe veſper-
tino deſcendere in mare occidentale vt ibi
lauaret̄ a ſoꝛdibꝫ & a puluere quo macu-
latus fuit exiſtens in noſtro emiſperio ſed
hoc non eſt verum quia ſic apparet rudi-
tati hominum : ·
Repetunt pꝛopꝛios queq̄ recurſus : · Hic
ph̄ia concludit idem eſſe ī omnibꝫ alijs en-
tibꝫ videlicet ꝙ omnia entia quocunq̄ mō
per violentiam ſeu aſſuefactionē a ſua ab-
ducant̄ natura tamen ſibi derelicta ſemꝑ
redeunt ad illud quod ineſt eis per naturā
vnde dicit in lrā · Queq̄ · i · quelibet entia
repetunt pꝛopꝛios recurſus · i · naturales
motus & ſingula · i · omnia entia gaudent
ſuo reditu ſupple redeundo ad illud ſupple
quod conuenit eis ſecundū naturam · Nec
vlli manet · i · adeſt traditus oꝛdo niſi quod
ſuo fini iunxerit oꝛtum · i · pꝛincipium &
fecerit ſtabilem oꝛbem · i · circulationē ſui
coniūgendo finē pꝛincipio ¶ Nota ꝙ oꝛbis
in pꝛopoſito eſt circulus vel linea circum-
ducta rediens ad idem punctum vnde in-
cepit eq̄liter diſtans a medio · facit aūt hō
ſtabilem ſui oꝛbem pꝛocedens a deo tanq̄
a ſuo pꝛincipio trāſit per tēpoꝛalia in quibꝫ
non ſiſtit ſed redit ad deum tanq̄ ad ſuū
finem per contemplationem mentis : ·

¶ Pꝛoſa tertia

VOs q̄ꝫ o terrena animalia : · Iſta

eſt tertia ꝓſa hui⁹ tertÿ in qua & in alÿs ſequentibus oſtendit ꝙ vera felicitas non conſiſtit in illis que quidã putauerũt eſſe ſumma bona ſed tamẽ eſt falſa felicitas in ipſis . Et primo phia ea que dicta ſunt in metro adaptat ſpecialiter ad homines & cũ hoc ꝓponit intentũ ſuum . Secundo ꝓbat intentum ibi . Primum igiť . dicit primo . Dictũ eſt ꝙ oĩa repetunt ſuũ finẽ vos ꝗ̃ o terrena aĩalia . i . vos homines qui eſtis de-diti terrenis ſomniatis . i . ĩpfecte cognoſci-tis veſtrũ principiũ licet tenui imagine . i . exili ſimilitudine & ꝑſpicitis illum verum finem beatitudinis licet cognitione minime perſpicaci tñ q̃licũq; cognitiõe eoq; . i . ideo naturalis intentio ducit vos ad verũ bonũ & multiplex error ab eodẽ vos abducit . Et tũc ꝓponit ĩtentũ ſuũ dicẽs . Conſidera nanq; o Boeci an homines valeãt ꝑuenire ad deſtinatũ finem . i . ad beatitudinẽ per ea quibꝰ putant ſe adepturos beatitudinẽ . ſi eñ pecunia uľ honores &c̃ afferũt quid . i . aliquid tale cui nihil bonoꝝ videať abeſſe nos fateamur aliquos fieri felices adeptio-ne hoꝝ bonoꝝ ſed ſi nõ valẽt efficere . i . fa-cere quod ꝓmittũt & carẽt pluribꝰ bonis nõne liquido . i . manifeſte falſa ſpecies be-atitudinis in eis deprehendiť . q . d . ſic .

¶ Nota principiũ omniũ rerũ quod ẽ de⁹ eſt vera beatitudo . vt poſtea patebit . tale principiũ q̃ſi ſomniando cognoſciť & dif-ficulter ad ipſum deueniť nõ eñ ꝑfecte in p̃ſenti ſtatu ipſum cognoſcim⁹ quia intel-lectus noſter habet ſe ad ipſum ſicut ocul⁹ noctue ad lumen ſolis . ex ſecũdo metha-phiſice . Etiã ad talẽ beatitudinẽ cũ diffi-cultate ꝑueniť . Vñ Alan⁹ ĩ anticlaudiano dicit . Difficilis acceſſus ad hanc faciliſq; receſſus . Acceſſus paucis caſus patet oĩbꝰ In quam vix aliquis tranſire valet . valet omnis ab illa declinare via . Que paucis ꝑ-uia multis claudiť arta nimis intranti lar-ga ruine : .

Primũ igitur teipſum : . Hic phia probat intentũ ſuũ ꝙ iſta bona nõ efficiant quod ꝓmittũt & ꝑ conſequẽs in eis eſt falſa be-atitudo . & primo oſtendit hoc de diuicÿs poſt idẽ de alÿs bonis . Primo ergo ꝓbat ꝙ diuicie nõ conferũt ſufficientiã quã vi-denť ꝓmittere & ꝓpter quã appetuntur . Secũdo ꝓbat ꝙ diuicie ꝯferũt indigentiã Tertio ꝓbat ꝙ indigentiã nõ auferunt . ſecunda ibi . Atqui . tertia ibi . Quis autem modus . Primo intendit talẽ rationẽ . In illis nõ conſiſtit vera felicitas q̃ nõ reddũt hominem ſibi ſufficientem ſed diuicie ſunt hui⁹ ergo &c̃ . maior ẽ nota quia felicitas eſt bonũ ſufficiẽtiſſimũ nullius egẽs . mi-norẽ declarat ĩ littera & ꝓcedit phia more didaſcolico . i . interrogando & reſpõdẽdo & dicit ſic . Primũ igiť teipſum Bociũ ĩterrogo qui pauloante diuicÿs affluebas . i . habũdabas nũq̃ ne anxietas . i . triſti-cia concepta ex aliqua iniuria confudit a-nimũ tuũ inter opes habũdantiſſimas . & reſpondet Boecius . Atqui pro certo ego nequeo reminiſci me fuiſſe tã libero animo quin ſemper angerer . i . offenderer aliquo Et dicit phia . Nõne tibi aliquid aberat qđ abeſſe nõ velles vel tibi aliquid aderat quod adeſſe noluiſſẽs . Reſpondet Boecius . Ita eſt inquã . Tũc phia concludit dicẽs Ideo illius qđ aberat p̃ſentiã deſiderabas hui⁹ aũt quod aderat deſiderabas abſentiã Dicit Boecius confiteor inq̃ . Et phia . inquit . Eget vero . i . caret quod quiſq; de-ſiderat . Dicit Boeti⁹ eget . & philoſophia Qui vero eget aliquo nõ eſt vſq; quaq; ſibi ſufficiens . Dicit Boeci⁹ minime ſupple ẽ ſufficiens . Et phia . Tu itaq; hanc inſuf-ficientiã ſuſtinebas plen⁹ opibꝰ . Cõcludit ergo phia ex conceſſis dicens . Igiť opes nequeũt facere nihilo indigentẽ & ſibi ſuf-ficiẽtẽ & hoc erat quod ꝓmittere videbãť

¶ Nota ꝙ omnis appetitus eſt ratione ca-rentie . vnde illud quod quis habet ꝓpẽ nõ deſiderat ſed magis amat . Vñ Auguſtin⁹ nono libro de trinitate dicit . Idẽ appetit⁹ quo quis inhiat rei cognoſcende fit amor rei cognite . ideo dicit phia eget vero quod quiſq; deſiderat

¶ Nota phia dicit qui eget non eſt ſibi ſufficiẽs contra hoc diceret a-liquis . ſapiens eget quia indiget bonis ex-terioribꝰ ſine quibꝰ viuere nõ poteſt & tñ

ſapiens eſt ſibi ſufficiens p Senecā · ix ·
epiſtola qui dicit · Sapiēs ſeipſo content⁹
eſt · Ad hoc dicendum ꝙ ſapiens indiget
quibuſdā ad viuendū ſed ad beate viuēdū
ſeipſo contentus eſt · Vnde dicit Seneca
· ix · epiſtola · Sapiēs ſeipſo content⁹ eſt
ad beate viuendū ſed non ad viuendū · ad
viuendū eñ multis reb⁹ illi opus eſt · ſed
ad beate viuendū tm̄ contentus eſt animo
ſano & erecto & deſpiciente fortunā : ·
Atqui hoc ꝗꝫ : · Hic probat pħia ꝙ diuicie
conferūt indigentiam & p conſequēs non
conſiſtit in eis felicitas cū felicitas ſit bonū
ſine omni indigentia · ꝓbat aūt in littera ꝙ
pecunia ꝯfert indigētiā p hoc quia pecunia
facit vt homo indigeat alieno preſidio quo
pecuniā ſuā tueat̄ ne p violentiā auferat̄ ·
Vnde dicit in littera · Atqui pro certe ego
puto hoc maxime conſiderandū ꝙ pecunia
nihil habeat ſuapte natura · i · in ſua natura
vt nequeat auferri his inuitis · i · nolenti-
b⁹ a quib⁹ poſſidet̄ · Dicit Boecius fateor
inꝗꝫ · & pħia quid ni fateare · q · d · oportet
vt fatearis cum quotidie aliquis valentior
· i · fortior eripiat eā inuito · i · nolenti vñ
eñ ſunt ꝗrimonie forenſes · i · iudiciales niſi
ꝙ pecunie erepte vi vel fraude repetūt̄ in
iudicio · Reſpondet Boeci⁹ ita ē inꝗꝫ · Et
pħia · Egebit igit̄ quiſꝗꝫ p̄ſidio · i · auxilio
extrinſecus petito quo tueat̄ ſuā pecuniā
quā poſſet amittere · Reſpondet Boecius ·
dubitari nequit · Tunc pħia concludit ex
dictis dicens · Igit̄ res ē relapſa · i · mutata
in contrariū nam opes que putabant̄ ſibi
facere ſufficientes faciūt potius indigentes
alieno preſidio ¶ Nota illud quod per vio-
lentiā acquirit̄ p violentiā poteſt auferri
ſed pecunia per violentiam acquirit̄ quia
dicit Areſtotiles primo ethicoꝝ ꝙ omnis
pecunioſus eſt violentus ergo violent̄ au-
fert̄ pecunia ꝓpter quam violentiā fiunt
querimonie forenſes · Vbi ſciendū ꝙ forū
eſt locus reꝝ venaliū · ſed forus eſt locus
exercendaꝝ litiū corā iudicio · Inde forēſis
quod idem eſt ꝙ iudicialis : ·
Quis aūt modus eſt : · Hic pħia probat ꝙ
diuicie non auferunt indigentiā & ſic per
conſequens non conſiſtit in eis felicitas ·
& dicit quis eſt modus quo indigentia de-
pellat̄ diuicijs nunquid diuites nequeunt
eſurire · q · d · ſic · nūquid non poſſunt ſitire
· q · d · immo nūquid mēbra pecunioſoꝝ non
ſenciūt frig⁹ hybernū · i · hyemale · q · d · ſic
Sed tu inquies · i · dices opulentis · i · di-
uitib⁹ adeſt aliquid quo famen ſacient &
frigus depellant · Reſpondit pħia hoc mō
indigentia pōt cōſolari diuicijs ſed penit⁹
auferri nō pōt · Nam ſi hec ſcꝫ indigentia
ſemp hyans · i · deſiderās & poſcēs aliquid
explet̄ opib⁹ · Neceſſe eſt tamen vt mane-
at indigentia que poſſet expleri quia quā-
tumcūꝗꝫ ſitis diuitis ul' fames mitiget̄ ad-
huc diues p⁹ ſiciet & eſuriet & qꝺ nature
nimiū ē auaricie nihil ſatis ē · quare ſi opes
non poſſunt ſubmouere · i · repellere indi-
gentiam ſed faciunt indigentiā quid ē · i ·
quomodo eſſe poteſt ꝙ credatis eas p̄ſtare
· i · dare ſufficientiā · q · d · nullo modo de-
bet credi ¶ Nota ꝙ omnis indigentia vel
eſt indigentia nature vel auaricie · Indi-
gentia nature pauciſſimis ſuppleri poteſt
eo ꝙ natura paucis minimiſꝗꝫ contenta eſt
vnde propter naturam non oportet multū
querere diuiciaz nec per diuicias indigētia
nature amoueri pōt · ſicut nec ipſa natura
mutari pōt · Indigentia vero auaricie eſt
que nullo modo expleri poteſt & ita diui-
cie eam amouere non poſſunt · ideo plus
augent quia dicit̄ auarus non implebitur
pecunia ¶ Nota ꝙ diuicie non ſolum non
inducunt ſufficientiam ſed nec inducunt
ſapientiam quia dicit Seneca · Quid pro-
ſunt ſtulto multe diuicie dum per eas non
poſſit fieri ſapiens : ·

¶ Metrū tertiū

QVāuis fluēte diues auri gurgite
Iſtud eſt tertiū metrū hui⁹ tercij
quod dicit̄ archiloycū ab inuētore
iambicū a pede p̄dominātē cui coniungitur
metrū eleyacū · In quo metro pħia inuehit̄
contra auaros quos in p̄nti vita ſollicitudo
diuiciaꝝ affligit & in morte derelinquit &
dicit · Quāuis diues auarus fluente · i · ha-
bundante auri gurgite · i · multitudine co-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

gat · i · congreget opes non expleturas ſuã
cupiditatem · & quãuis diues oneret · i ·
premat colla ſua baccis · i · gẽmis preciosis
rubri littoris · i · rubri maris quia gemme
colligũt in littore rubri maris · & quamuis
ſcindat · i · diuidat arando rura opima · i ·
agros fecundos centeno boue · i · cũ centũ
bobꝰ adhuc cura mordax · i · ſollicitudo nõ
deſerit ipſum ſuperſtitẽ · i · viuentẽ & leues
opes q̃ leuiter tranſeũt nõ comitãt ipſum
defunctũ · i · mortuũ ¶ Nota circa litteram
gurges ſm Huguicionẽ & Iſidorũ libro
ethymologiarꝫ eſt locus altus · i · pfundꝰ
in flumine & in ꝓpoſito ſignat habũdantẽ
affluentiã auri ¶ Itẽ ſm Huguicionem
bacca p duplex c inuenit poſitũ p fructu
oliue vel lauri vel p quolibet fructu · aliqñ
aũt inuenit p gẽma pcioſa & ſic ſumit hic
¶ Itẽ diues auarus duplici malo pmit
in preſenti vita ſemper ſollicitat · & poſt
mortẽ nihil ipſum de diuicijs comitat · de
quo diuite loquit Alanꝰ in libro de plãctu
nature dicens · Vt loculis varia nũmorꝫ
fercula donet · Imponit ꝓpo diues ieiunia
ventri · Itẽ ioculat ocellis diues in argẽto
ſed venter philoſophari cogit : ·

¶ Proſa quarta

SEd dignitates : · Iſta eſt quarta
pſa huiꝰ tercij in qua pbat phia
ꝙ dignitates temporales nõ con-
ferũt honorẽ & reuerentiã quam pmittere
vident & p conſequẽs non eſt in eis vera
beatitudo · & primo pponit ꝙ dignitates
faciũt honorabilẽ · ſcdo improbat illud ibi
Nũ vis · Primo dicit · Sed dignitates red
dũt hominẽ honorabilem & reuerendũ cui
peruenerint ¶ Nota honor ẽ exhibitio reue-
rentie alicui in teſtimonium virtutis ſicut
accipit ex quarto ethicorꝫ · vel alit honor
eſt opinionis benefactiue ſignum vt dicit
Areſtotiles libro rhetoricorꝫ · Quando eñ
opinamur nobis poſſe bene fieri ab aliquo
ipſum honoramus · Sed reuerẽtia ẽ decẽs
ac matura gratuitas ſm Tuliũ : ·
Nũ vis ea eſt magiſtratibꝰ : · Hic phia im-
pbat ppoſitũ q̃druplici via ſcꝫ ꝙ dignita-
tes non conferũt honorem & reuerentiã ·
Primo quia malis ſepe eueniũt · ſecundo
quia p dignitates vicia iprobor̃ inoteſcũt
tercio quia opinione hominum vileſcunt ·
quarto quia tẽporꝫ mutatione ſplẽdere de-
ſinũt · ſecunda ibi · In quo · tercia ibi · Atq̧
ut agnoſcas · quarta ibi · Sed hoc apud ·
Primo dicit · Nũ p nũquid ea vis · i · tal
vtꝰ eſt magiſtratibꝰ · i · dignitatibꝰ vt in-
ſerant virtutes mentibꝰ vtentium eis vt
depellãt vicia · q · d · nõ · vnde ſubdit atqui
p certe dignitates nõ ſolẽt fugare nequi-
ciã ſed potius illuſtrare · i · manifeſtare · q̃
fit · i · ppter quod fit vt nos indignemur
eas ſepiſſime contigiſſe hominibꝰ nequiſſi-
mis · vnde Catulus qui erat vir ſapiẽs &
virtuoſus Nonium qui erat homo vicioſus
appellat ſtrumã licet viderit ipſum ſedẽtẽ
in curuli · i · in ſede dignitatis iudiciaria ·
vides igit q̃ntũ dedecus dignitates adiciãt
malis hominibꝰ & manifeſtãt eos eſſe con-
temptibiles a bonis atqui p certe indigni-
tas · i · malicia corꝫ minus patebit ſi nullis
honoribꝰ inclareſcant · i · ſplendeant · O
Boeci nũquid tu potuiſti tot picul adduci
· i · affligi vt cũ Decorato · i · tali viro ma-
giſtratũ gereres cũ in eo reſpiceres mẽtem
nequiſſimi ſcurre & delatoris · q · d · non
Nũquid poſſumꝰ iudicare dignos reuerẽtia
ob honores · i · ppter dignitates quos iu-
dicamus indignos ipſis honoribꝰ · i · dig-
nitatibꝰ · q · d · nõ · Et ſi quẽ videres pditũ
ſapientia licet nõ haberet dignitatẽ nun-
quid poſſes eũ nõ putare dignũ reuerentia
vel ſapiẽtia q̃ pditꝰ eſſet · q · d · nõ poſſes eũ
iudicare indignũ ſapientia & virtute ſua ·
quia ꝓpria dignitas ĩeſt vtuti quã vtꝰ tranſ
fundit ĩ eos quibꝰ fuerit adiũcta & quia po
pulares honores hoc facere neqũt liqt · i ·
manifeſtũ ẽ eos ꝓpriã pulchritudinẽ dignita
tis nõ hr̃e ¶ Nota ex lrã põt formari tal rõ
Illud qđ adueniẽs alicui nõ confert & non
adueniens nõ aufert honorẽ illud non facit
vere honorabilẽ ſed dignitates nõ conferũt
honorẽ cui adueniũt nec tollũt ſi non adue-
niũt ergo & cetera · Minor pbat quia ho-
nor ſequit virtutẽ ex quarto ethicorꝫ · vñ
vicioſum nullo honore dignũ reputamus ĩ

quacūq; dignitate fuerit ſed ſolū vtuoſum
etiā ſi nō ſit in dignitate · cū igitᷣ dignita:
tes temporales nō conferant virtutem nec
tollant vicia manifeſtū eſt ꝙ honorabilē
nō faciūt ¶ Nota Catulus erat vir ſapiens
& virtuoſus qui Noniū ſedentē in curuli
ex animi indignatione vocabat ſtrumā eo
ꝙ viro tam malicioſo collata fuit dignitas
Eſt aūt ſtruma congeries humoꝝ in collo
ſub hac autē ſimilitudine ipſum appellabat
ſtrumā quia in pectore habuit congeriem
vicioꝝ ¶ Nota ꝙ rex Theodricus voluit
quēdā nomine Decoratū violentᷣ intrudere
ī magiſtratū vt vna cū Boecio rē publicā
regeret cuius nequiciā Boecius deteſtat?
recuſauit ſibi aſſociari ꝓpter quod Boeci?
multis iniurÿs afflict? fuit a rege Theo:
drico ¶ Nota ꝙ ſcurra ſm̄ Hugwicionem
idē eſt ꝙ leccator vel vaniloquus ꝓꝓe aūt
dicitᷣ qui ſequitᷣ curiā gratia cibi ¶ Nota
ꝙ virtus facit hominē reuerendū & nobilē
non dignitas · quia dicit Seneca · xliiii ·
epiſtola virt? nō accepit Platonē nobilē
& reuerendū ſed fecit · quis enī ē genero:
ſus vtuoſus & dignus niſi qui ad virtutē
eſt bene diſpoſit? · Nō facit hominē nobilē
atriū plenum famoſis imagiĩbꝰ & nūmis
ſed animus & virt? ſupra fortunā ſurgēs
In q̄ illud ē : · Hic pħia ꝓbat ſcd̄a via ꝙ
dignitates nō faciūt hoīez nobilē & hono:
rabilem quia vicia improboꝝ manifeſtant
dicēs · In q̄ ſcꝫ ꝙ dignitas aduenit malis
illud eſt magis aduertendum ꝙ ſi aliquis
eo eſt abiectior · i · vilior q̄ · i · q̄nto magis
cōtempnitᷣ a pluribꝰ cū dignitas nequeat
facere improbos reuerendos ipſos facit de
ſpectiores quos pluribꝰ oſtentat verum ꝑ
ſed hoc non eſt impune · i · dignitas non
facit hoc impunita quia improbi parē vicē
reddūt dignitatibꝰ quas ipſi cōmaculant
ſua contagione · q · d · ſicut dignitas macu:
lat improbos quia eoꝝ maliciā manifeſtat
ſic econtra improbi cōmaculant dignitates
¶ Nota ꝑ dignitates vicia improboꝝ in:
noteſcūt quia principatus virū oſtendit
cū igitᷣ viciū faciat hominē contemptibilē
temporalis dignitas adueniens improbis

facit eos deſpectiores · Vnde Iuuenalis
poeta · Omē aĩmi viciū tāto deſpecti? in ſe
Crimē habꝫ q̄nto qui peccat maior habetᷣ
Et Seneca · Loco ignominie apud īdignū
eſt dignitas : ·
Atq; vt agnoſcas : · Hic pħia ꝓbat tercia
via ꝙ dignitates non faciunt reuerendū
quia opinione hominum vileſcunt qui enī
dignitatibꝰ funguntᷣ q̄uis a ſuis honorētᷣ
tamen apud extraneos homines nō curātᷣ
vt ab illis qui ſunt alterius dÿoceſis · vnde
dicit · Atq; pro certe vt tu agnoſcas verā
reuerentiam que eſt beatitudo non poſſe
contingere alicui homini per has dignita:
tes vmbratiles · i · tranſitorias ad modū
vmbre ſic collige · ſiquis homo functus · i ·
vſus multiplici conſolatu · i · dignitate de:
uenerit forte in barbaras nationes · i · ex:
traneas gentes facit ne honor conſolatus
ipſum venerandum barbaris · q · d · non ·
Atqui pro certe ſi hoc ſcꝫ facere reueredū
barbaris eſt naturale munus dignitatibus
nullo modo ceſſarent ab officio ſuo quoq̄
· i · quocunq; loco gentium · Sicut ignis
vbiq; terrarum nunq̄ deſiſtit calere · i · cre
mare · Sed quoniam id ſcꝫ reuerendum
facere eis annectit fallax opinio hominū &
nō propria vis illico · i · ſtatim vaneſcunt
cum ad eos venerint qui non eſtimant eas
eſſe dignitates ſicut ſunt nationes barba:
rice · i · extranee ¶ Nota ꝙ res non deſti:
tuitᷣ a ſua propria operatione cum enim o:
peratio ſit finis habentis operationem · ſe:
cundo celi & mundi · res deſtituta a ſua o:
peratione deſtitueretᷣ a ſuo fine & ſic eſſet
fruſtra · Si ergo facere reuerendum eſſet
naturalis operatio dignitatū vbiq; gentiū
facerent hominem reuerendum ſed vide:
mus ꝙ dignitates que faciunt aliquem re
uerendum apud ſuos apud extraneos nō
faciunt ipſum reuerendum : ·
Sed hoc apud exteras natiōes : · Hic pħia
probat quarta via que ſumitur ex hoc ꝙ
dignitates temporum mutatione ſordeſ:
cunt quod enī magna olim fuit dignitas
moderno tempore pro nihilo reputatur ·
vnde dicit · Sed hoc ꝙ dixi verum eſt a:

pud exteras nationes · i · extraneas ſed int̃
cos apud quos dignitates orte ſunt non
perpetuo durant · Atqui pro certe nã pre-
fectura olim erat magna poteſtas apud ro-
manos ſed nunc eſt inane nomen & cenſus
· i · precioſitas ſenatorꝝ nunc eſt grauis
ſarcina q̃ olim erat magna dignitas · Et ſi
quis quõdã curaſſet ãnonã populi qui dice-
bat̃ pfect⁹ ãnone ille magn⁹ habebat̃ nũc
ea pfectura quid eſt abiectius · q · d · nihil
vt enĩ pauloante diximus nihil enĩ habet
ppꝛꝝ decoris quod opinione vtentiũ nunc
accipit ſplendorẽ nũc amittit · Et tũc epi-
logat dicens · Igit̃ ſi dignitates nequeunt
facere reuerẽdos vt patet ex prima via · ſi
ſordeſcũt contagione · i · vicio improborꝝ vt
patet ex ſecũda via · ſi deſinunt ſplendere
mutatione temporũ vt docet quarta via ·
ſi vileſcunt eſtimatione genciũ ut patet ex
tercia via · quid eſt ꝙ habeãt ĩ ſe expetẽde
· i · deſiderande pulchritudinis nedũ alꝭs
preſtent · q · d · nihil habent in ſe pulchri-
tudinis & ideo nec eã alꝭs pſtare poſſunt ·
¶ Nota ꝙ pfectura quondam erat magna
dignitas apud romanos & dicit̃ ille pfect⁹
qui ceteris magiſtratib⁹ pfuit & oĩs dig-
nitates in ciuitate romana ãtecellebat · ſed
poſtꝙ Julius ceſar imperiũ inuaſerat talis
dignitas ad imperatorẽ transferebat̃ & di-
minuebat̃ eius poteſtas ita ꝙ nomen illius
dignitatis manſit ſine re ¶ Item ſenatoria
dignitas magna fuit apud romanos · quia
officiũ ſenatorꝝ prius fuit honeſtũ ſcilicet
vtiliter conſulere rei publice ſed poſtea cõ-
pulſi fuerũt ſenatores ad ſeruiendũ volũ-
tati principis in damnũ rei publice : ·

¶ Metrũ quartũ

Quamuis ſe tyrio ſupb⁹ oſtro : · Hic
incipit quartũ metrũ huius tercꝭ
qd dicit̃ metrũ valenticũ ab in-
uentore · dactilicũ a pede pdominãte tetra-
metrũ a numero pedũ · In quo metro phia
confirmat p exemplũ ꝙ dignitates nõ fa-
ciũt vere reuerendũ & p conſequẽs non eſt
beatitudo querenda in eis quia dignitates
adueniebãt Neroni qui peſſimus erat & ab
eo alꝭs conferebant̃ · vnde dicit in littera ·
Quãuis ſuperb⁹ Nero ſeuientis luxurie co-
meret · i · ornaret ſe oſtro tyrio · i · purpura
tincta in ſanguine tyri & q̃uis comeret ſe
niueis lapillis · i · albis margaritis tñ ipſe
vigebat omĩb⁹ ĩuiſus · i · odioſus · nã ĩprob⁹
Nero dabat verendis patrib⁹ · i · reuerendis
ſenatorib⁹ curules · i · tales dignitates ꝑpt̃
quas ſedebãt in curulib⁹ indecores quia ab
ĩdigno dabãt̃ · Quis igit̃ putet · i · reputet
iſtos honores beatos q̃s miſeri · i · improbi
& vicioſi tribuũt · q · d · null⁹ ¶ Nota dicit
Neronem ſeuientis luxurie quia epiſcop⁹
lincomẽſis noĩe Preculſus narrat ꝙ Nero
oĩa theatra ytalie & grecie pluſtrãs aſſump
to vario decore veſtitus · citharistas trage-
das & aurigas ſepe ſuperaſſe viſus eſt tãtis
libidinib⁹ exagitatus vt nec a matre nec a
ſorore abſtinuiſſe videbat̃ reuerentia con-
ſanguinitatis · virũ in vxorem duxerat &
ipſe a viro in vxorem receptus eſt · & fuit
luxurie tam ineffrenate vt retib⁹ aureis
piſcaret̃ q̃ purpureis funib⁹ extrahebant̃
& lauabat ea frigidis & calidis vngentis q̃
nũꝙ̃ min⁹ ꝙ̃ mille talentis ↄfecit & nihilo
minus ipſe Nero tã vicioſus dignitatẽ im-
perialem adeptus eſt · immo etiã alꝭs dig-
nitates largitus eſt : ·

¶ Proſa quinta

An vero regna : · Hic ẽ quinta pſa
huius tercꝭ in qua oſtendit phia
ꝙ regnũ & regni familiares non
cõferant verã potentiã quã pmittũt & ꝑpt̃
quã appetunt̃ · Et primo oſtendit verã po-
tentiã nõ eſſe in regnãtib⁹ · ſecundo ꝙ nõ ĩ
regũ familiarib⁹ ibi · Nã quid ego · Qꝛ aũt
in regnãtib⁹ nõ ſit vera potentia & p con-
ſequens nec beatitudo pbat quatuor vꝭs ·
Prima ſumit̃ ex paruitate durationis reg
nantiũ · Secunda ſumit̃ ex paruitate ex-
tenſionis · Tercia ex annexione timoris ·
Quarta ex defectu ſecuritatis · Secũda ibi
Qꝛ ſi hec · Tercia ibi · Expt⁹ ſortis Quarta
ibi · Atqui vellent · Primo ppont intentũ
p modũ queſtionis dicens · An regna &
regũ familiaritas valẽt efficere potentẽ &
reſpondet ironice quid in · i · quare nõ effi-
cerent potentẽ qñ corꝝ felicitas · i · poteſtas

perpetuo ꝑdurat qđ ſupple nūq̄ contingit · vnde ſubdit · atqui ꝓ certe vetuſtas plena ē exēploꝝ & etiā p̄ns etas qui reges mutauerint ſuā felicitatē calamitate · Et ſubdit · O p̄clara eſt potentia loquendo yronice q̄ nec inuenit̃ ſatis efficax ad conſeruationē ſui ·

¶ Nota nulla felicitas ꝑpetuo ꝑdurat ſaltē tempalis hoc patuit primus exemplo vetuſtatis poſito de creſo rege lidoꝝ · Hoc etiam patet exemplis eoꝝ qui erant tempore Boecy ſicut de īperatoribꝰ romanis qui crebro circa tempora ſua mutabāt̃ nūc bellis nūc inſidys oppreſſi vel alio modo eiecti · Et idē teſtatur Gāfredus in poetria dicens · Hoc vnum p̄ſcire potes ꝙ nulla poteſtas · Eſſe moroſa poteſt ſi vis exempla priores · Reſpice fortūas emicuit illa prioꝝ · Florida ꝓſperitas minos ſubuertit athenas : ·

Q ſi hec regnoꝝ poteſtas : · Hic oſtendit ꝙ poteſtas regia non eſt vera poteſtas nec beatifica ꝓpt̃ paruitatem extenſionis eius dicens · Q ſi hec poteſtas regnoꝝ ē autor · i · cauſa beatitudinis nōne ſi qua parte defuerit regia poteſtas ipſa minuat felicitatē & inducat miſeriā · q · d · ſic · ſed q̄uis humana imperia late tendāt̃ tamē neceſſe eſt plures gentes relinqui quibꝰ quiſq̄ regum nō imperat · nō eñ poteſt eſſe ꝙ vnꝰ oībꝰ imperet · qua autem parte deſinit poteſtas faciens beatos hac parte ſubintrat impotentia faciens miſeros · hoc ergo modo neceſſe eſt in regibꝰ eſſe maiorē porcionē miſerie q̄ꝫ felicitatis cū in maiori parte ſint impotētes

¶ Nota ſi poteſtas regia efficit beatū ergo vbi eſt defectus poteſtatis regie ibi erit defectus beatitudinis · cum igitur plures ſint gentes ſuper quas non eſt poteſtas vnius regis q̄ꝫ q̄ ſubiaceant ſue poteſtati ſequitur ꝙ rex in maiori parte erit miſer & nō beatus · igitur in poteſtate regia non conſiſtit vera beatitudo : ·

Expertus ſortis : · Hic oſtendit ꝙ in regnantibꝰ non ſit vera poteſtas propter annexionem timoris per exemplum dicens · quidem tyrannus ſcꝫ dioniſius expertus ſue ſortis · i · fortūe q̄ntū eſſet anxia ꝑiculū metus · i · timoris ſui · ipſe ſimulauit · i · ſimilitudine demōſtrauit terrore gladȳ ſupra verticem pendentis · Que eſt igit̃ hec poteſtas que nequit expellere morſus · i · corroſiones ſollicitudinum nec poteſt vitare aculeos · i · ſtimulos formidinum · i · timoꝝ · q · d · exilis · i · parua eſt talis poteſtas ¶ Nota ꝙ dyoniſius fuit quidam rex qui cū requireret̃ a quodam ſuo familiari quare ſemꝑ triſtaret̃ cū tamen ſemꝑ haberet beatam vitam · iſte dyoniſius volens ſibi deſignare cauſam ſue triſticie iuſſit eum poni inter epulas lautas & ſibi ſupra verticem iuſſit ſuſpendi gladium acutū tenui filo · Iſte viſo gladio perterritꝰ epulari nec letari potuit · Cui dixit dyoniſius talis eſt eñ vita mea quā tu beatam putabas ſemꝑ eñ mortem mihi imminētē preuideo · Conſidera ergo quomō felix eſſe poterit qui timere nō deſinit : ·

Atqui vellent ipſi : · Hic ph̄ia oſtendit idē quarta ratione que ſumitur ex defectu ſecuritatis dicens · Atqui pro certe ipſi reges vellent vixiſſe ſecuri ſed nequeunt · i · non poſſunt dehinc · i · ex quo ſequit̃ ꝙ ſecuri eſſe non poſſunt quomodo gloriant̃ de ſua poteſtate quod non eſt faciendum qđ probat dicens · An · i · nunquid tu potētē cenſes · i · iudicas illum quem videas efficere · i · perficere velle quod nō poteſt · q · d · non eſt potens · An · i · nūquid illum cenſes potentem qui ambit · i · circumdat latus ſuum ſatellite · i · multitudine qui plꝰ metuit illos quos ipſe terret qui vt videat̃ potens ſitus · i · locatus eſt in manu ſeruientium · q · d · non eſt potens ¶ Nota ex littera poteſt formari talis ratio · Illud qđ non facit hominem ſecurum hoc nō facit vere beatum · ſed potencia temporalis eſt huiuſmodi igit̃ &c̄ · ꝯſequēcia ē nota quia quāto maior potētia tāto minor ſecuritas · minor pars

¶ Nota reges ſecuri eſſe non poſſint · quia incōmoditates īminentes nō poſſunt nō formidare Nārat eñ valeriꝰ de dyoniſio ſupra dicto ꝙ ī tantū timuit tonſores barbaꝝ ꝙ filias ſuas docuit detondere barbas · ipſis aūt ſeneſcētibꝰ p̄cepit vt barbā & capillos ſibi abvrerent & lectū cubicularem in lata

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

foſſa fecit in quem ſe ligneo pōte recepit·
quia ſatellites & barbaros timuit:·
Nā quid ego de regū:· Hic pħia oſtendit
ꝙ ī familiaribꝫ nō conſiſtit vera potentia·
ſecundo excludit quandā obiectionem ibi·
An preſidio· Probat ergo ꝙ familiaritas
regū nō facit eſſe vere potentem cū huiuſ=
modi familiaritas non poſſit retineri ad
nutū & ipſa retenta frequenter vergit in
nocumentū· Dicit ergo· Nam quid ego
diſſerā·i· dicā de familiaribꝫ regū cū ipa
regna demoſtrem eſſe magne ībecillitatis
quos ſcꝫ familiares regum regia poteſtas
incolumis·i· ſana ſepe proſternit· & ipſa
regia poteſtas lapſa etiā ꝓſternit ipſos·
quō aūt regia poteſtas īcolumis deſtruat
ſuos familiares docet ꝑ exempla dicens·
Nero coegit Senecā familiarem ſuū pre=
ceptorem·i· magiſtrū ad arbitriū eligen=
de mortis· Antonius impator obiecit gla=
dijs militū Papinianū ſuū familiarem diu
potentem inter aulicos· Cū autem vterꝗ
Seneca & Papinianus vellent renūciare
ſue potentie ꝓpter crudelitatem principū
voluerūt ſe ſubtrahere ab eis quorū duorū
Seneca conatus eſt opes ſuas tradere Ne=
roni vt ipſum placaret & voluit ſe oferre
in ociū·i· in vitam ſolitariā ſed dum ipſa
moles·i· magnitudo potentie trahit ipſos
ruituros·i· caſuros neuter effecit qđ vo=
luit· que eſt ergo iſta potentia quā habē=
tes ptimeſcūt quā cū habere velis non ſis
tutus & cū deponere cupias vitare nō poſ=
ſis vt patuit de Seneca & Papiniano·
¶ Nota Nero fingebat ſe magiſtrū ſuum
Senecā timere poſtꝙ imperator factus eſt
ſicut in puericia vñ mandauit ſibi vt genus
mortis eligeret quia viuere nō poſſet· Se=
neca cibo & potu ſaciatus aperire fecit venā
& bibens de ānulo venenoſo interijt· An=
tiqui enim potentes & nobiles ſub gemma
ānuli venenum portabāt vt ſi quid aduerſi
eis contigiſſet ad mortē confugerēt ¶ Itē
Antonius exiſtens imperator in ſuos tirā=
niſauit qui Papinianū ſuū familiarē diu
inter aulicos potentē gladijs militū occidi
fecit ex quibꝫ patet quō regia poteſtas in=
columis ſepe ſuos familiares proſternit·
Quomodo aūt regia poteſtas lapſa ꝓſter=
nat ſuos familiares ex hoc patet· Cum enī
familiares imitanť regiā poteſtatem neceſ=
ſe ē vt ipa deficiente etiā ipſi familiares de=
ficiāt:·
An preſidio ſunt:· Hic pħia excludit ob=
iectionē· Poſſet enī aliquis dicere ꝙ homo
poteſt conſeruari in ſua potentia ꝑ amicos
vnde ꝙ aliqui ꝑdūt poteſtatem eſt ꝓpter
defectū amicoꝝ hoc excludit pħia dicens·
ꝙ hoc non poteſt eſſe verum de amicis qui
fortuna conciliantur· de amicis autē qui
virtute conciliāť non eſt hic loquendū cū
non computenť inť bona fortune de quibꝫ
hic loquimur· vñ dicit in littera· An p̄ſidio
·i· auxilio ſunt amici quos non virtus ſed
fortuna conciliat·q·d· non hoc ꝓbat per
locū ab oppoſitis ſic· Quem felicitas·i· for=
tūa fecit amicū illū īfortuniū faciet inimi=
cū que vero peſtis ē efficatior ad nocēdū ꝙ
familiaris inimicus·q·d· nulla quia inimi=
ciciam illius cauere non poſſumus cum ei
conſtēt ſecreta noſtra ꝓpť familiaritatem
¶ Nota de amicis ſophiſticis loquiť Se=
neca·ix· epiſtola· Qui vtilitatis cauſa aſ=
ſumptus fuerit tamdiu placebit ꝙdiu vtiľ
fuerit· Amicoꝝ turba florentes circūſedit
ſed circa euerſos ſolitudo eſt· vnde poeta
Nā p̄cio queſitus amor cū munere cedit·
Inquantum durat largitio durat amicus·
Alter poeta· Dū fortuna tonat fugientes
terret amicos· Nā quis amet quis nō vera
ꝓcella docet· Et aliť poeta· Dū zephirus
flabat multis comitabar amicis· Aſt oīs
aquilo turbine flante fugat· Et Oracius·
Horrea formice nunꝙ ad inania tendunt·
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes ¶ Aūt
familiaris inimicus multū noceat dicit poeta
Plus nocet vt noſtis ad cūcta domeſticus
hoſtis· Et res ipſa docet q̄liter ipſe nocet

¶ Metrꝝ quintū

QVi ſe volet eſſe potentem:· Hic
īcipit metrū quintū huius tercij qđ
dicitur pamātricū ab inuētore· ana=
peſticū a pede predominānte· catalecticum
quia vna ſillaba deficit ad metri ꝑfectionē

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

In quo metro pħia oſtendit quō vera po-
tentia ſit acquirenda dicens ꝙ vera potētia
conſiſtit in reprimendo vicioſos motus vel
concupiſcentias inordinatas quia ſine hoc
nullus eſt vere potens quantūcūq͂ dīnetur
Dicit ergo · Jlle qui volet ſe eſſe potentem
domet aīos feroces · i · crudeles quia crude-
litate hō aſſimilat̄ feris nec ſubmittat colla
victa libidine concupiſcentie fedis habenis
· i · vicioſis motib9 · licet enim tellus indica
· i · terra indie tremiſcat tua iura longe · i ·
licet poteſtas tua extendat ſe ad indiā · &
licet tibi ſeruiat vltima thyle que ē inſula
vltra britaniā vbi ſol facit ſolſticiū eſtiuū
& vltra non ꝓgredit̄ · tn̄ non poſſe pellere
atras curas · i · abſcuras ſollicitudines · &
fugare miſeras querelas prouenientes ex
aduerſitate fortune nulla eſt potētia ¶ No-
ta ꝙ vere potens ē qui ſenſualitatē ſubicit
rationi · Vnde Seneca · Si vis omnia tibi
ſubicere ſubice te rationi · Multos eñ rexe-
ris ſi ratio te rexerit · Et Areſtotiles tercō
ethicoꝝ · Quēadmodū puerū oportet viuere
ſm̄ precepta pedagogi · ita oportet concu-
piſcibile conſonari rationi ¶ Itm̄ Seneca
Magnū imperiū regit qui ſibiipſi dominat̄
Fortior eſt qui cupiditatem vincit ꝙ̄ qui
hoſtē ſubicit · Eſt eñ difficillimū vincere
ſeipſum · Et Salomon · Fortior ē expug-
nator animi expugnatore vrbiū : ·

¶ Proſa ſexta

GLoria vero ꝙ̄ fallax : · Iſta eſt ſex-
ta proſa huius tercȳ in qua pħia
oſtendit ꝙ gloria mundana non
ſpectat ad veram beatitudinem nec facit
vere beatum · Et primo oſtendit hoc de
gloria proprie virtutis · ſecundo de gloria
que prouenit ex nobilitate ſanguinis ibi
Jam vero · Primo oſtendit intentum de
gloria que prouenit ex laude falſe virtutis
Secundo de illa gloria que ex veris me-
ritis procedit ibi · Que ſi etiā · Primo in-
tendit talem rationem · Jllud quod eſt fal-
lax non ſpectat ad beatitudinem nec facit
beatum · ſed gloria falſe acquiſita ē fallax ·
igit̄ &c̄ · vnde dicit in littera · Gloria vero
ꝙ̄ fallax ſit & ꝙ̄ turpis ſupple ſatis patet
ꝙ aūt ſit fallax probat autoritate cuiuſdā
poete qui tragedias compoſuit dicēs · vnde
tragicus quidam exclamat & ponit auto-
ritatem eius in greco que tantum ſonat ī
latino · O gloria gloria in milib9 hominū
nihil aliud facta es ꝙ̄ magna auriū infla-
tio · quod manifeſtat dicens · Plures eñ
magnum nomen · i · gloriam abſtulerunt
· i · falſe receperunt falſis opinionib9 vul-
gi · & oſtendit ꝙ huiuſmodi gloria ſit t̄-
pis dicens · Quo ſcilicet iam dicto · ſ · habere
gloriam falſis opinionib9 quid turpius ex-
cogitari poteſt · q · d · nihil · Nam qui falſo
predicant̄ · i · laudant̄ neceſſe eſt vt eru-
beſcant ſuis laudib9 ¶ Nota ꝙ ſecundum
Tulium gloria eſt frequens fama cū laude
Et eſt duplex vana & vera · Vana gloria
eſt que nullo conficiente procedit in eſſe ·
Vera eſt que nullo cōficienete non proce-
dit in eſſe · Fama aūt eſt cognitio alicuius
non ſolum in propinquo ſed etiā in remo-
to ¶ Nota ꝙ fama inducit falſam gloriam
falſa gloria erubeſcentiā · Nam erubeſcētia
eſt crimen īgloriationis cauſatū ex aliquo
turpi perpetrato · Cum aūt aliquis ſe cog-
noſcat falſe acquiſiuiſſe gloriam tunc hoc
timet manifeſtari ex cuius manifeſtatiōe
incidit in gloriationem & verecundiā : ·
Que ſi etiā meritis conquiſite : · Hic pħia
ꝓbat ꝙ gloria meritis acquiſita non ſpec-
tat ad beatitudinē intendens talē rationem
Jllud non ſpectat ad beatitudinem de quo
nulla eſt cura ſapienti · ſed de gloria etiam
meritis acquiſita nulla eſt cura ſapienti ·
ergo &c̄ · maior eſt nota · nā ſapiēs max-
ime curat beatitudinē cum ſit maxime felix
· x · ethicoꝝ · minorē ponit in littera dicēs ·
Que ſcꝫ laudes ſpectātes ad gloriā licet ſint
conquiſite meritis quid tn̄ adiecerint ꝯſcie
ſapientis qui bonū ſuū metit̄ non rumore
populi ſed veritate conſcientie · q · d · nihil ·
Secundo ꝓbat idem ꝑ locum ab oppoſitis
dicēs · Qꝛ ſi pulcrum eſt ꝑpagaſſe nomen
ergo miſerū eſt nomen non ꝑpagaſſe · ſed
cū ꝑ magna parte terraꝝ neceſſe ſit nomē
non eſſe ꝑpagatum · neceſſe eſt pro maiori
parte miſeꝝ eſſe dicit ergo · Qꝛ ſi hoc ipm

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

pulcrū videtur ſcȝ ꝑpagaſſe · i · diuulgaſſe nomen · i · gloriā conſequens eſt vt iudicet̃ fedū non extendiſſe nomen ſed ſicut paulo ante diſſerui neceſſe eſt eſſe plures gentes ad quas fama vnius hoīs nequit ꝑuenire. fit · i · ɔtingit vt pro maxima parte terraꝝ ille videat̃ inglorius quē tu eſtimas glorioſum · Et quia aliquis diceret ſufficit ad beatitudinem ꝙ homo ſit glorioſus in populo ſuo habendo fauorē populi · Dicit ph̄ia int̃ hec bona que ſunt ī operatione virtuoſa nō puto ḡtiā popularē dignā cōmemoratōne q̄ nec iudicio recte rationis ꝑuenit nec ūq̄ firma ꝑdurat ¶ Nota ꝙ ſapienti nō ē cura de gloria quia dicit Macrobius · Sapiens fructū in conſcientia ponit · ſtultus aūt in gloria · Et Seneca · Conſcientiā potius q̄ famā attende · ſed pleriq̄ famā · pauci conſcientiā verent̃ ¶ Nota ꝙ fama popularis non ꝑuenit ex recto iudicio rationis · Pl⁹ enī populus ſequit̃ inclinationē ſenſus q̄ iudiciū rationis · Nec etiam fama eorū perpetue durat quia ſm diuerſas paſſiones vulgi variat̃ fama populi · Vñ vulgares iudicant ſm concupiſcentiam non ſm rei veritatē · Pro tāto ſimiles ſunt auib⁹ q̄rū intuitū nox illuminat & dies cecat ex q̄rto huius ꝓſa quarta : ·

Iā vero q̄ ſit inane q̄ futile : · Hic ꝓbat ꝙ gloria ꝓueniēs ex nobilitate ſanguinis etiam non ſpectat ad verā beatitudinē · Et primo oſtendit vanitatē huiuſmodi glorie ſecundo oſtendit quid boni ſit ī nobilitate ibi · Q̄ ſi quid · dicit primo · Iam vero quis nō videat q̄ inane q̄ futile · i · labile ſit nomen nobilitatis · q · d · manifeſtū eſt q̄ ſcȝ nobilitas ſi refert̃ ad claritudinē · i · ad gloriā aliēa ē ab illis qui ſe nobiles eē gloriāt̃ qđ ꝓbat ꝑ diffinitionē nobilitatis dicens Nāq̄ nobilitas videt̃ eſſe quedā laus veniens de meritis parentū · ꝙ ſi ꝑdicatio · i · laus facit claritudinē neceſſe eſt vt illi ſint clari qui ꝑdicant̃ · i · laudant̃ huiuſmodi aūt ſunt parentes non tu quare ſi non habes tuā claritatē que ex laude tua ꝑueniat aliena claritudo nō efficit te ſplendidū · i · glorioſum ¶ Notandum ꝙ nobilitas ſanguinis eſt inane & futile nomen · quia nihil vere nobilitat hominem niſi virt⁹ · Vnde Alan⁹ ī libro de planctu nature · Quid tibi nobilitas quid clarum nomen auoꝝ · Si ſeruus viciȷ̄s fact⁹ es ipſe tuis · Itm̄ nobilis ē enī ſi quis v̄tute refulget · Degener eſt ſolus cui mala vita placet · Et pauper Henricus · Non ꝑ̄ſigne genus non clarū nomen auoꝝ · Sed ꝓbitas vera nobilitate viget · & ſeneca · Nemo ē melior altero niſi qui recti⁹ ingenium hȝ altero & ad bonas artes aptius : ·

Q̄ ſi quid eſt in nobilitate : · Hic oſtendit cuiuſmodi bonum ſit in nobilitate dicens · Si quid bonū eſt in nobilitate illud ſolum eſſe arbitror vt nobilib⁹ videatur impoſita neceſſitudo ne a virtute maioꝝ · i · ꝓgenitoꝝ degenerent ſupple per mores vicioſos melius eſt enī a patre ignobili deſcendere & morigeratum eſſe q̄ a nobili & per vicia degenerare ¶ Notandū ꝙ gloriandū nō ē de nobilitate quia dicit ſeneca · Si pulcer es lauda naturā · ſi nobilis lauda parētes ſi virtuoſus & ſapiens lauda teipſum · Si diues lauda fortunam · ſi potens expecta pauliſper & nihil eris ¶ Notandū ſm Tulliū optima hereditas a patrib⁹ tradit̃ liberis omni patrimonio preſtantior ſcȝ gloria virtutū & decor reꝝ geſtaꝝ : ·

### ¶ Metrū ſextū

OMne genus hominū : · Iſtud eſt ſextū metꝝ hui⁹ terciȷ̄ qđ dicit̃ alemanicū ab inuentore · dactilicū a pede predominātē · trimetrum a numero pedū · yꝑcatalecticū quia vna ſillaba ſupabundat · In quo metro ph̄ia ꝓbat omnes homines eſſe nobiles ꝑ̄ter vicioſos dicens · Omne genus hominū in terris cuiuſcunq̄ ſit condicōnis ſurgit ab ortu ſimili quia ſm animā omnes ſunt ab vno creatore · vnus enim eſt pater reꝝ · i · vnus creator ſupple nobilis qui cuncta miniſtrat ſupple gubernando · ille vnus pater dedit phebo radios ſuos · dedit lune cornua · dedit homines terris · i · habitare in terris · dedit celo ſydera ꝓpter ornatū eius · Hic pater clauſit aīos membris ſupple corporeis aīos inq̄ ꝑ̄titos

·i· acceptos celſa ſede ·i· in celo · Igitur
nobile germen ·i· nobile principiū edit ·i·
pducit cunctos mortales ·i· homines · O
homines quid ·i· ad quid ſtrepitis ·i· cum
ſtrepitu iactatis genus veſtrū & pauos
veſtros ſi enī tu ſpectes ·i· conſideres auc-
torē deū & primordia veſtra nullus exſtat
·i· eſt degener ·i· ignobilis niſi fouēs ·i·
operans peiora vicijs ſuis deſerat pprium
ortū ·i· deū a quo pceſſit ¶ Nota q̄ ōnes
homines ex e a pte qua ſunt homines ſunt
eque nobiles cum enī nobilitas ſit quedam
excellētia cōtracta ab origine · nobilitas ho
minis p̄cipue debet attēdi ex ea pte q̄ ē hō
ſcʒ ex parte aīe · Cū igit̄ in omnibꝰ hoībꝰ
ſit eadē origo aīe · quia ōnes aīe ſunt a deo
omnes homines ſunt eque nobiles · ſolum
aūt illi ſunt ignobiles qui degenerāt a ſua
origine · aīa aūt in ſua origine pducta eſt
a deo & eſt ſimilis deo · ideo illi ſoli a no-
bilitate degenerāt qui vicioſis moribꝰ ſimi
litudinē dei deturpant quā ex origine con-
traxerūt ¶ Nota dicit aīos celſa ſede peti-
tos hoc loquit̄ more platonico qui voluit
omnes animas ſimul eſſe creatas in celo &
poſtea mitterent̄ in corpora qđ non ē verū
ſed aīe creant̄ in corporibꝰ · ergo loquitur
more platonico q̄ deus animas receptas ī
celo clauſit membris corporeis · & de hoc
magis videbit̄ nono metro huius tercij ·
¶ Nota q̄ omniū hominum eſt vna origo
quia a deo ſunt creati quem patrem omnes
vocamus & omnes anime ſunt a deo ergo
nullus eſt nobilior alio ſm creationē licet
ſm ingeniū bene · quia ſoli illi ſunt igno-
biles qui degenerant ſuā geneologiam cum
diſcedūt a virtutibꝰ & adherent vicijs :·

¶ Proſa ſeptima

Quid aūt de corporis voluptatibꝰ ·
Iſta eſt pſa ſeptima huius tercij
in qua phīa oſtendit beatitudinem
non eſſe in voluptate · Et primo oſtendit
hoc de voluptate generaliter · Secundo de
quadā voluptate ſpecialiter · ſecunda ibi ·
Honeſtiſſima quidē · Primū probat dupli-
citer ſm qđ ponit duas rationes · ſecūda ibi
Que ſi beatos · Primo intendit talē ratōnē

In illis nō ɔſiſtit beatitudo ad que ſecunt̄
multe incōmoditates · ſed ad voluptates ſe
cūt̄ multe icōmoditates ſicut declarat ī lrā
& dicit · Quid loq̄r de voluptatibꝰ corpalibꝰ
quarum appetentia ·i· cupiditas plena eſt
anxietatis quia homo anxiat̄ cū caret eo
quod cupit · ſacietas vero ·i· plenitudo vo-
luptatum plena eſt penitentie ·i· pena cū
igit̄ voluptatibꝰ ſit coniuncta anxietas &
penitentia in eis non conſiſtit beatitudo &
addit quātos morbos ille voluptates & q̄
intollerabiles dolores ſolent afferre corpo-
ribꝰ fruentium eis quaſi quendam fructū
nequicie ſupple ſatis patet · quaꝝ volupta-
tum motus ·i· affectus quid habeat iocū-
ditatis ·i· voluptatis ignoro · quiſquis aūt
volet reminiſci ſuaꝝ libidinum ·i· volup-
tatum ipſe intelliget ·i· cognoſcet exitus
·i· fines voluptatum eſſe triſtes ¶ Nota q̄
duplex eſt voluptas ſcʒ ītellectualis & cor
poralis · Prima eſt proſequenda ſcʒ intel-
lectualis quia conſiſtit in ſpeculatione ani-
mam beatificans · Secunda eſt fugienda ·
quia conſiſtit in delectatione ſenſuali cor-
pus mortificans · vnde Seneca · lii · epl'a
dicit voluptates precipue extirpa que la-
tronum more nos amplectuntur vt ſtran-
gulent · & Tulliꝰ · voluptas impedit om-
ne conſilium atq̄ vt ſic dicam oculos per-
ſtringit mentium & inimica ē ratiōi · nul-
lum vult cum virtute habere cōmercium
¶ Nota q̄ voluptas plena eſt penitentia
Narrat enī Valerius q̄ cum Demoſtenes
phus quereret amorē Thaydis meretricis
vt cōſenſum ferret ei · centum talenta pe-
tens · demoſtenes aſpiciens in celū reſpō-
dit pro tanto precio non emam tātū peni-
tentie · ſciebat enī q̄ voluptatem inſepara-
biliter ſequit̄ penitentia ¶ Nota q̄ volup-
tates multos morbos afferunt quia dicit
Seneca quadam epiſtola · multos morbos
multa fercula fecerunt · & vult Areſtoti-
les in ethicis q̄ laborantes in paſſionibus
veneris & crapule maxime tranſmutant̄
ſm corpus · crapula enī plures occidit q̄
gladius :·
Que ſi beatos :· Hic phīa pbat cōcluſionē

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

prius poſitam alio modo deducendo ad inconueniēs · & eſt ratio iſta · Si in voluptatibus conſiſteret beatitudo ſequeretur ꝙ pecudes eſſent beate quod eſt falſum · pecudes enim laborant ad explendam corporis voluptatem · vnde dicit · Que voluptates ſi poſſunt explicare beatos nihil cauſe eſt · i · nihil impedit quin pecudes iudicentur eſſe beate quarū omnis intentio feſtinat ad explendā corpalē laſciuiā ¶ Notandū ꝙ cū felicitas ſit bonū nature rationalis null⁹ beſtias felicitabit · quia tm̄ genus hominū viuit arte & ratōne ¶ Notandū ꝙ ad fugā beſtialiū voluptatū hortatur areſtotiles alexandrū quadā epiſtola dicens · O alexād declina a conatibꝫ beſtialiū voluptatū que corruptibiles ſunt · carnalis eñ appetitus inclinat ad corporales voluptates que contriſtant intellectū · Et ſubdit · Conat⁹ voluptatum generat carnalem amorem · hic generat auariciā · hec generat deſideriū diuiciarū · q̄ generāt inuerecūdiā · inuerecūdia pſumptionē · pſumptio infidelitatē · infidelitas latrocinium ꝓpter que mala vitanda ē voluptas : ·

Honeſtiſſima quidem cōiugis foret : · Hic phia oſtēdit ꝙ beatitudo nō ꝯſiſtit in q̄dā ſpeciali voluptate ſcz ī matrimonio q̄ licita ē ꝓpter generationē ꝓlis ītendens talem rationem · In illa voluptate non ꝯſiſtit felicitas q̄ habet anxietatem ſibi ānexā · ſed voluptas matrimonij eſt huius ſicut tangit in lrā · Vnde dicit · Iocūditas cōiugis & liberorū foret honeſtiſſima ſed nimis eſt extra naturā dictum quia natura abhorret qꝺ volo dicere quia neſcio · i · taceo quē · i · aliquē inueniſſe · i · habuiſſe filios tortores q̄rū filiorū ꝙ ſit mordax · i · anxia q̄cūq; condicio ſiue bona ſiue mala non neceſſe eſt te amonere alias exptū eſt · neq; neceſſe eſt amonere te nunc anxiū in quo ego approbo ſententiā Euripedis mei phi qui dixit carentem liberis infortunio felicē eſſe ¶ Notandū ꝙ anxietas ineſt patribꝫ ꝓpt̄ maliciā filiorū · Narrat eñ Euripedes tropius in hyſtoria romanorum ꝙ Demetrides in ſuos ſeuiens filios duos ex eis interfecit & cū pſequeret̄ terciū ille congregato exercitu obſedit patrē · pater aūt videns ſe non poſſe euadere ſeipm̄ interfecit · Etiam pater anxiat̄ de bonis filijs ꝓpter incenſā dilectionē eorū & pmotōnē quibꝫ ſi aliquid aduerſi contigerit pater reputat ſe infelicē Ex quo patet ꝙ voluptas coniugalis hꝫ anxietatē ſibi ānexā : ·

¶ Metrū ſeptimū

Habꝫ hoc voluptas omnis · Iſtud eſt metrū ſeptimū huius tercij qꝺ dicit̄ anacroanticū ab inuentore iambicū vel anapeſticū a pede pdominante quia habet primū pedē anapeſtū & reliq̄s iābos & ē dimetrū · i · quatuor pedū · catalecticum quia deficit ſillaba nam poſt tres pedes remanet vna ſillaba de quarto pede In quo metro phia oſtendit quid mali cōſequat̄ omnē voluptatē · omnis eñ voluptas pt̄ anxietatem ſibi ānexā eſt tranſitoria quod confirmat per quoddam exemplum · dicens · Omnis voluptas habet hoc quod dicam quia voluptas agit · i · vexat fruentes ſtimulis · i · punitionibꝫ · & ē par · i · ſimilis ſtimulis apiū volantū vbi proſtꝙ̄ apis fudit grata mella fugit & ferit corda icta · i · perculſa anxietate nimis tenaci morſu · q · d · iocūditas voluptatis nimis eſt tranſitoria ſed anxietas quā affert nimis ē pmanſura ¶ Notādum licet omnis voluptas corpalis primo delectet & poſtea pungat ad modū apū tū hoc maxime inuenit̄ in voluptate venerea ad cuius fugā Areſtotiles hortat̄ Alexandrū dicēs O clemēs impator nolite multū inclinare ad coytū quia coyt⁹ eſt quedā ꝓprietas porcorū que igit̄ tibi gloria ſi exerceas viciū beſtiarum & act⁹ brutorū · Crede mihi indubitant̄ ꝙ coytus eſt deſtructio corporis · abreuiatio vite · corruptio virtutū · legis trāſgreſſio & generat femineos mores · Qualit̄ autem ſit fugienda delectatio venerea docet Alanus in de planctu nature dicens · Si venerē fugare velis loca tpa vita · Nā locus & tempus pabula donant ei · Et pauper Henricus loquens de amore dicit · Proſcribas igitur gladijs & fuſtibꝫ ipſum · Et

fugiendo fuga quē fuga ſola fugat:·

## Proſa octaua

Nihil igit̄ dubium eſt:· Iſta eſt octaua pſa huius tercij in q̄ phia oſtendit quātis malis ſint implicita p̄dicta bona in quibꝫ aliqui poſuerunt felicitatē· ſcđo oſtēdit q̄ꝫ exilia ſunt corꝑis bona ibi· Iā vero· Primo dicit· Nulli dubiū eſt p̄dicta cōſiderāti quin he vie quibꝫ nitunt̄ homines ad beatitudinem peruenire ſunt quedā deuia nec valeāt quēq̄ꝫ pducere eo· i· illuc ad qđ ꝓmittūt ſe eſſe pducturas· q̄ntis vero malis ſint implicite breuiſſime monſtrabo· Quid enī ſupple iſtoꝝ eſt ſine malo· q· d· nihil· vnde ſubdit· Pecuniā cōgregare ne conaberis· i· laborabis ſed eripies· i· recipies habenti & ita implicaberis malo violentie· vis fulgere dignitatibꝫ danti ſupplicabis· & qui cupis ceteros preire honore tu vileſces humilitate poſcendi· potentiā ne deſideras ſubiacebis periculis ſubiectoꝝ· gloriam petis ſed per aſpera diſtractus ſecurus eſſe deſiſtis· voluptariā vitam degas ſed quis nō ſpernat atq̄ꝫ abijciat tanq̄ꝫ contemptibilem ſeruum viliſſime & fragiliſſime rei ſcilicet corporis ¶ Notandū q̄ꝫ hō querens pecuniā incidit in malū violentie quia omnis pecunioſus ē violentus· primo ethicoꝝ· Sed querēs honores & dignitates humiliādo ſe alijs ſupplicabit· Sed dicit Seneca ī libro de bn̄ficijs· Moleſtū ē vbū & oneroſum dimiſſo vultu dicere rogo· querens aūt potentiam & gloriā oportet q̄ꝫ ꝓpt̄ potentiā & gloriā defendēdā pſecutionibꝫ improborū ſe obijciat & ſic ſecurus eſſe deſiſtit· querēs autē vitā voluptuoſā oportet q̄ꝫ corpori ſeruiat Sed dicit Seneca· Maior ſum & ad maiora genit⁹ ſum q̄ꝫ q̄ꝫ ſim mancipiū· i· ſeru⁹ mei corporis qđ nō aliter aſpiciā q̄ꝫ aliquod vinculum mee libertati circūdatum:·

¶ Iam vero:· Hic phia probat in ſpeciali q̄ꝫ vilia ſunt bona corꝑis que aliqui reputāt eximia bona· ſecundo breuit̄ recolligit ſupra dicta ibi· Ex quibꝫ omnibus· Primo oſtēdit itentū de magnitudine fortitudine & corꝑis agilitate· ſecundo de pulchritudine ibi· Forme vero· Primo oſtendit q̄ꝫ hō nō debet mirari de magnitudine fortitudine & agilitate corporis quia illa excellētius inueniunt̄ in brutis q̄ꝫ in hominibus dicens· Iam vero qui ferunt· i· cupiunt bona corporis pre ſe· i· gratia ſui tāq̄ꝫ ſunt optima q̄ꝫ exigua· i· valde vilia q̄ꝫ fragili poſſeſſione nitunt̄· i· laborant· Num enim elephantes mole· i· magnitudine ſuperare· i· excedere poteritis· nec thauros robore· i· fortitudine· Num tigres preibitis velocitate· Reſpicite ſpacium· i· magnitudinem celi· firmitudinem· i· fortitudinē celi celeritatem· i· velocitatē eius & aliquādo deſinite· i· ceſſate mirari vilia· i· inferiora bona· qđ quidem celum non his predictis potius immo multo min⁹ mirandum eſt q̄ꝫ ſua ratione· i· intelligentia qua regit̄· ſic ſimiliter in homine multomagis laudanda ſunt bona rationis q̄ꝫ bona corporis ¶ Nota q̄ꝫ bona corporis ſicut magnitudo fortitudo agilitas non multū ſunt miranda· quia dicit Seneca· Non magnitudine & corporis velocitate magne res gerunt̄ ſed virtute· vnde Cato· Conſilio pollet cui vim natura negauit· Item Seneca· Excellentia ingenij poteſt latere ſub quacūq̄ꝫ pelle ¶ Nota ſꝫm Iſidorum in libro ethimologiarum Elephantem greci a magnitudine corporis putant dictum eo q̄ꝫ formam montis preferat· Apud indos vero dicit̄ barro eo q̄ꝫ vox eius barritus dicit̄· dentes eius ebur· roſtrum eius promuſtida dicitur ¶ Nota ſꝫm iſidoꝝ· Tigris eſt beſtia varijs coloribus diſtincta mirabilis velocitatis ex cuius nomine quidā fluui⁹ tigris appellat̄ qui rapaciſſimus eſt omīū fluuioꝝ· Et ſciendum q̄ꝫ pro beſtia dicit̄ hec tigris in gtīō tigris vel· dis· ſed pro fluuio dicit̄ tantū hic tigris & in gemtiuo huius tigris:·

Forme vero nitor:· Hic phia oſtēdit itētū de pulchritudine forme ſupple q̄ꝫ ſit exile bonum quia eſt tranſitoria & quia eſt tm̄ ſuperficialis· & dicit· Vero pro ſed nitor· i· pulchritudo forme vt· i· q̄ꝫ rapidus eſt vt· i· q̄ꝫ velox· i· velociter eſt tranſiēs· &

ē fugatior·i·mutabilior mutabilitate floꝝ
vernaliū q̄ſi dicat ſatis eſt euidens·vnde
ſi homines vterent̄ linceis oculis· vt ait
Areſtotiles·ita vt eorum viſus penetraret
obſtantia ſcilicet corpora nōne illud corpus
Alcibiadis ſuperficie pulcherrimū intro-
ſpectis viſceribꝰ turpiſſimū videret̄·quaſi
dicat ſic·Ex quo concludit phia·Igit̄ te
pulchrū videri nō facit tua natura ſed in-
firmitas oculorum ſpectantiū·Et ſubdit·
Sed eſtimate ꝙ nimio vultis bona corpis
dū ſciatis hoc quodcūq̄ fuerit de bonis cor-
poris poſſe diſſolui igniculo·i·calore febris
triduane febris eīm acuta ſm medicos q̄n̄q̄
tercio die pimit[?] ¶Et tūc breuiter recolligit
ſupra dicta dicens·Ex quibus omnibꝰ licet
redigere in ſummā ꝙ hec ſcꝫ predicta bona
non poſſunt p̄ſtare ea q̄ pollicent̄·i·pro-
mittūt nec pfecta ſunt congregatōne omū
bonoꝝ·nec ad beatitudinē ferūt q̄ſi quidā
calles·i·vie nec ipſa pficiūt beatos ¶No-
tandū ꝙ pulchritudo corporis non ē dura-
bilis quia dicit Virgiliꝰ·O formoſe puer
nimiū ne crede colori·Alba liguſtra ca-
dūt faccinia nigra legūt̄ ¶Notādū ꝙ cō-
muniter dicitur ꝙ viſus linceus obſtantia
corpora penetrat ſed illud nec ab Areſtoti-
le neq̄ ab aliquo autentico inuenit̄·Vnde
Iſidorus in libro ethimologiarū loquens
de lince dicit ꝙ linx dictus ē quia ī lupoꝝ
genere numerat̄·beſtia maculis diſtincta·
tergo vt pardus ſed ſimilis lupo cuiꝰ vri-
nā conuerti in duriciē p̄cioſi lapidis dicunt
qui ligurius appellat̄·nihil aūt dicit Iſi-
dorus de penetratione viſus ¶Nota ꝙ al-
cibiades mulier fuit pulcerrima quam vi-
dētes quidam diſcipuli Areſtotilis dux-
erūt eā ad Areſtotilē vt ipſam videret q̄
viſa dixit·ſi homines linceos oculos habe-
rent vt queq̄ obſtantia penetrarēt intro-
ſpectis viſceribꝰ corpus qđ apparet pul-
cerrimū turpiſſimū videret̄:·

¶Metrum octauū

HEu que miſeros tramite deuio:·
Iſtud eſt octauū metrū huiꝰ ter-
cij cuiꝰ primꝰ verſus dicit̄ metrū
aſclepiadiacū ab inuentore·coriābicū a pede
predominante·Secūdꝰ verſus dicit̄ me-
trū archilogicū ab inuentore·iambicum a
pede predominante·In quo metro phia
deplangit errorē hominū qui in querendo
minima bona ſunt prudentes ſed in q̄rēdo
ſummū bonū abducūt̄ ignorantia·primo
facit hoc·ſecundo p̄cat̄ vt homines tediati
falſis bonis redeāt ad verū bonū·ſecunda
ibi·quid dignū·dicit ergo·Heu ē interiectio
dolentis & eſt diſſillaba ꝑpter metrū que
ignorantia abducit miſeros deuio tramite
·i·tranſuerſa via ſupple a vero bono·vos
homines non queritis aurū in viridi ārbore
nec carpitis gēmas in vite·vos nō abditis
·i·non abſconditis laq̄os ꝓ captura piſciū
in altis montibꝰ vt ditetis dapes piſce·&
ſi vobis libeat ſequi capreas non captatis
·i·non acceditis vada tyrrhena·i·mare t-
renū quod eſt in ytalia quin etiā pro certe
homines norūt·i·nouerunt ipſos receſſus
abditos·i·abſconditos fluctibus equoris
etiā homines norunt que vnda ſit feratior
·i·habundantior niueis gēmis·i·margari-
tis·vel que vnda ſit feratior rubentis pur-
pure·i·conchilioꝝ quoꝝ ſanguine fit pur-
pura·Et homines norūt que littora p̄ſtāt
·i·habundāt tenere piſce vel aſperis ech-
inis·i·talibꝰ piſcibꝰ ſed q̄nā·i·vbi lateat
bonū ſcꝫ btificū qđ cupiūt·neſcire ſuſtinēt
ceci exiſtentes & illud bonū qđ abyt trās
polū ſtelliferū illud homines demerſi ceci-
tate ignorātie petūt tellure·i·q̄rūt in terra
¶Notādū ſm Iſidorū libro ethimologi-
arum caprea eſt agreſtis capra que quia
acutiſſime videt greci eā pondoydā appel-
lauerāt ¶Notandū ſm Iſidorū ꝙ echinꝰ
eſt piſcis puus ſemipedalis qui adherēdo
videt̄ retinere nauē & eſt piſcis aſperrimꝰ
ad modū ericij ad edendū ſatis ſuauis:·
Quid dignum ſtolidis mentibꝰ imprecer:·
Hic precat̄ phia vt poſt tediū falſorū bo-
norū homines redeāt ad veꝝ bonū & dicit
Quid dignū ego imprecer ſtolidis mentibꝰ
hominū q̄ſi dicat nihil aliud niſi hoc ꝙ ho-
mines ambiāt ipſos honores & opes & cū
parauerint·i·acquiſiuerint ſibi falſa bona
graui mole·i·tedioſa ſollicitudine tandem

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

tedio ducti cognoſcāt vera bona ¶ Notādū
ꝙ iſta depcatio pħie nō eſt ex maliuolētia
ſed ex benignitate & ideo nō optat ꝙ ho=
mines ꝑmaneāt in deſiderio bonoꝝ tꝑaliū
ſed vt illud deſideriū magis ſit eis mediū
ꝓcedēdi ad veꝝ bonū nec ipa īpcatꝰ cupidi
ditatē ꝉ ābitōnē honoris adeē ſed vt quibꝫ
adeſt ꝑ hoc ad verū bonū deducantꝰ ·

¶ Proſa nona

Hactenus mendacis :· Iſta ē nona
proſa huius tercij · in qua pħia
vult oſtendere que ſit vera beati=
tudo · Et primo continuat dicta dicendis ·
Secundo aſſignat cauſam falſe felicitatis
Tercio oſtendit que ſit vera felicitas · ſe=
cunda ibi · Quod eñ · tercia ibi · Habes igitꝰ
īquit & formā · Primo dicit · Hactenus · i ·
huc vſqꝫ ſufficiat oſtendiſſe formam men=
dacis felicitatis · i · falſe quā ſi perſpicacitꝰ
intueris · i · cōſideres ordo eſt · i · reſtat mō=
ſtrare deinceps · i · poſtea que ſit vera felici=
tas · & dicit Boecius · Ego video nec opi=
bus ſufficientiam poſſe contingere nec re=
gnis potentiam · nec dignitatibus reue=
rentiam nec celebritati gloriam nec leticiā
voluptatibꝫ que tamen videntꝰ ꝓmittere ·
Et ſic falſa felicitas eſt in eis · & dicit pħia
Nunquid tu deprehendiſti cauſas cur il=
lud ita ſit · & dicit Boecius · Ego videor
intueri · i · cognoſcere tenui rimula · q · d ·
nō plene ſed imperfecte video illas cauſas
ſed apertius cognoſcere mallem · i · magis
vellem ex te · & dicit pħia · Atqui ꝑ certe
ratio · i · cauſa falſe felicitatis promptiſſiā
eſt ¶ Nota ꝙ falſa felicitas dicitꝰ mendax
eo ꝙ non adimplet quod promittit · diuicie
enim promittunt ſufficientiam · dignitates
reuerentiam quā nō conferunt ſicut patet
ex predictis ¶ Nota ꝙ cognitio falſe feli=
citatis vtilis eſt · quia cognitio mali expe=
diens eſt ad cautelam ſm Alanum in de=
planctu nature · quia malum non vitatur
niſi cognitum & quia noticia mali ducit in
cognitionem boni per appoſitum igitꝰ vult
pħia primo aſſignare cauſas falſe felicita=
tis · & tunc oſtendere que ſit vera felicitas
Quod eñ ſimplex eſt :· Hic pħia aſſignat
cauſam falſe felicitatis · & declarans eam
oſtendit ꝙ ſufficientia potentia & reue=
entia gloria & leticia ſint vnum in re · ſe=
cundo oſtendit quomodo homines iſta ſe=
parant abinuicem · ſecunda ibi Hoc igitur
quod eſt vnum · Primo dicit ꝙ cauſa fal=
ſe felicitatis eſt ꝙ error humanus id quod
ē ſimplex & indiuiſum natura ſeparat · i ·
diuidit · & error humanus traducit a vero
bono & ꝑfecto ad ſłm̄ & ad imꝑfectū bonū
Et tūc declarat iſtam cauſā oſtendens ꝙ
reuerētia potētia & oīa tłia ſūt vnū & idē ī
re & ꝑo oñdit potētiā idē eē cū ſufficiētia ·
& dicit · An tu arbitraris illud quod nihilo
indigeat illud egere potētia · & rñdet Boe=
cius · Minime inꝗ · Pħia approbat dicens ·
Recte tu quidē rñdes · nā ſi quid eſt quod
ſit valentie imbecillioris · i · potentie debilis
in vlla · i · ī aliqua re neceſſe eſt ꝙ hoc egeat
alieno ꝓſidio · Et dicit Boecius ita ē inꝗ
Concludit ergo pħia dicens · Igitꝰ vna &
eadē ē natura ſufficientie & potētie · & dicit
Boecius ſic videtꝰ · Tūc oſtendit dignita=
tē eſſe eandē cū predictis dicens · Quod vero
huiuſmodi eſt · ſ · ſufficiēs & potēs nūquid
illud cenſes · i · indices ſpernendū tanꝗ in=
dignū · an contra non ſpernendū ſed dig=
niſſimum omni veneratione · Reſpondit
Becius · Non poteſt dubitari quin hoc ſit
digniſſimū ōni veneratōe · & pħia addamꝰ
ergo ſufficientie & potentie reuerentiā ꝙ
hec tria vnū iudicemus · & dicit Boecius
addamus ergo ſi volumus vera confiteri ·
¶ Notandū ꝙ potentia idē eſt ſufficientie
ꝙ eñ aliquid omnio ſit ſufficiēs ita ꝙ nul=
lius egeat & cū careat potentia contradicti
onē īcludit · ſi careret potētia reſpectu alicꝰ
poſſibilis non eſſet omnino ſibi ſuficiens ·
¶ Notandū cuicūqꝫ ineſt ſumma ſufficiētia
& ſumma potētia eidē ineſt & ſumma reue=
rentia inquantū eñ aliquid habet rationē
principij intantū ē dignū reuerentia · vnde
filij reuerentꝰ patres quia ſunt principium
eē eorū · & ſerui dominos quia ſunt princi=
pia ſeruorū in mandato mouentia eos per
imperiū · & reueremur viros ꝟtuoſus quia
ſunt principia gubernantia vitā polliticā ·

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

potentia aũt dicit rationẽ principij vnde
illud eſt maxime principiũ quod eſt poten
tiſſimũ & ideo ẽtale reuerendiſſimũ:·
Quid vero inquit:· Hic oſtendit p̃dictis eẽ
ãnexã gloriã & leticiam dicens· Quid vero
iudicas· Illud quod eſt ſufficientiſſimum
potentiſſimũ reuerendiſſimũ eſt ne hoc ob-
ſcurũ & ignobile vel eſt clariſſimum omni
celebritate·i·gloria· Rñdit Boecius·ego
ↄfiteor illud eẽ celeberrimũ·i·glorioſiſſimũ
ſicut eſt· Tũc phia concludit dicẽs· Con-
ſequẽs igiť eſt vt fateamur claritudinẽ·i·
gloriã nihil differre a tribꝰ ſuperioribꝰ· Et
dicit Boecius· Cõſequiť inq̃· Tũc oñdit
idẽ de leticia dicẽs· Illud qđ nulliꝰ alienі
egeat & qđ cũcta ſuis viribꝰ poſſit qđ ẽ re
uerẽdũ & clarꝫ nõne hoc ẽ letiſſimũ rñdꝫ bo
ecius· nõ poſſum cogitare vñ tali vllꝰ me-
ror obrepat·i·intret· Tũc concludit phia
dicens· Si ſupiora manebunt vera neceſſe
eſt illud plenũ eſſe leticie & p eadẽ cõceſſa
neceſſe eſt eẽ nomina diuerſa ſufficientie
potentie claritudinis reuerentie & iocun-
ditatis ſed ſubſtantiã eorũ nullo mõ diſcre
pare· quod concedẽs Boecius dicit neceſſe
eſt inq̃· ¶ Notandũ ꝙ omnes creature cõ-
parantˀ ad deũ ſicut effectꝰ ad ſuã cauſam
& quia noticia cuiuſlibꝫ cauſe relucet ĩ ſuo
effectu neceſſe ẽ ipſius dei habere noticiam
p effectũ & noticiã cũ laude quia effectus
dei repñſentant ipm ſub ratione bonitatis
& pfectionis que eſt materia laudis· cum
igiť gloria ſit clara cũ laude noticia neceſ-
ſe eſt principiũ omniũ rerũ quod ẽ ſuffici-
entiſſimũ potentiſſimũ & reuerendiſſimum
etiã eſſe glorioſiſſimũ ¶ Notandũ ꝙ ſuffi-
cientiſſimo nullum bonũ deeſt & tale ha-
bet appetitũ quietatũ in bono adepto· quies
autẽ appetitus in bono adepto eſt leticia·
ergo bonũ ſufficiẽtiſſimũ etiã eſt letiſſimũ
¶ Notandũ ꝙ omnia iſta ſufficientia po-
tentia reuerentia gloria & leticia ſunt vnũ
ĩ ſubſtãtia nõ aũt ſunt vnũ ĩ ſubſtãtia ſicut
aggregatũ ex diuerſis rebꝰ tũc enim eẽt ibi
compoſitio quod repugnat potentiſſimo &
digniſſimo· eo ꝙ ſimplitiora digniora ſunt
compoſitis ſed de hec poſtea meliꝰ patebit

Hoc igiť quod eſt vnũ:· Hic phia oñdit
qualiter homines illud quod eſt vnum re
diuidũt· Secũdo mouet dubitationẽ ibi·
Quid igiť inq̃ Primo oſtendit q̃mõ hoĩes
diuidũt illud quod eſt vnũ· & dicit· Illud
quod eſt vnum & ſimplex natura illud diſ
partit·i·diuidit prauitas humana·i·prauꝰ
error hominũ querendo vnũ ſine alio & dũ
homines conanť·i·laborant adipiſci partẽ
rei q̃ ptibꝰ caret homo nõ aſſequiť vllam
portionẽ·i·ptem nec ipſam rẽ integrã quã
affectat· & querit Boecius· quonã modo
diuidũt homines iſta· Dicit phia· qui pe-
tit diuicias ꝓpter fugam penurie·i·cauſe
ſufficiẽtie· vel laborat de potentia ſed ma-
uult·i·magis vult eſſe vilis·i·indignus &
obſcurus·i·inglorius & ita nihil curat de
dignitate & gloria· talis etiã ſubtrahit ſibi
multas voluptates naturales ne amittat
pecuniã quã parauit·i·lucratus eſt ſed hoc
mõ ne ſufficiẽtia ↄtigit ei quẽ valẽtia·i·po
tẽtia dẽſerit quẽ moleſtia pũgit quẽ vilitas
·i·irreuerẽtia abicit quẽ obſcuritas·i·infa-
mia recondit q̃ſi dicat nõ· Tũc oſtendit de
potentia idẽ dicens· Qui vero ſolũ deſiderat
poſſe·i·potentiam ille pfligit·i·diſpergit
opes deſpicit voluptates & honorẽ carentẽ
potentia & nihili pẽdit gloriam ſed videas
q̃ multa huic deficiant· fit enĩ aliquando
vt talis egeat neceſſarijs vt mordeaťanx
ietatibꝰ & cũ nequeat iſta depellere etiam
illud quod maxime petebat deſiſtit eſſe po-
tẽs· Similiť licet ratõcinari de alijs tribꝰ
ſcꝫ de honoribꝰ de gloria de voluptatibus
ſicut de p̃dictis duobꝰ· nã cũ vnũquodq̃
horꝫ pfecte acceptũ ſit idẽ quod cetera vt
declaratũ eſt quiſquis petit aliquid horum
ſine ceteris non apprehendit illud quod de-
ſiderat ¶ Notandũ qui q̃rit ptẽ rei indiui-
ſibilis ptem non inueniet nec ipſam rẽ cꝰ
ptem querit· quia in rerũ natura indiuiſi-
bile ptem non habet· cũ igiť p̃dicta quinq̃
·ſ· ſufficiẽtia reuerentia &c̃ ex pte rei ſint
vnũ & ĩdiuiſibilia licet differãt nominibꝰ
qui querit vnum ſine alio non inueniet·
¶ Notandũ ꝙ iſta quinq̃ ꝓut inueniunť
in rebꝰ ſenſibilibꝰ in quibꝰ habẽt eſſe modo

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

imperfecto & diminuto ſic vnum inuenit̃
ſine alio · inquantũ aũt accipiunt̃ ſm eſſe
pfectũ & ſm eſſe ſummũ ꝓut inueniũt̃ in
beatitudine ſic ſunt idem indiuiſibiliter &
vnum non inuenit̃ ſine alio · quia ſumma
ſufficientia eſt beatitudo · ſumma reuerẽtia
eſt beatitudo · ſumma potẽtia eſt beatitudo
& ſic de alijs ¶ Notandũ ꝙ quia homo na
turaliter deſiderat beatitudinẽ tũc vnũqđq;
p̃dictorum quinq; deſiderat ſm qđ ſpectat
ad beatitudinẽ hoc aũt eſt ſm eſſe pfectum
inquantũ eadem ſunt beatitudini · & quia
beatitudo cũ ſit deus ẽ indiuiſibilis omnia
quinq; predicta ſunt vnũ indiuiſibiliter ·
Ex quo patet ꝙ quia homines querũt iſta
ſm qđ imperfecta inquantũ ſunt in ſenſi=
bilib9 & tamen deſiderant ea ſm pfectionẽ
ideo homines non aſſecuntur per ea quod
deſiderant : ·

Quid igit̃ inquã : · Hic pħia mouet dubita=
tionẽ quia dictũ eſt iam ꝙ homo querẽdo
ſingulũ boꝝ diuiſim ipſe fruſtrat̃ beatitu=
dine · poteſt ergo dubitari vtrum querẽdo
omnia ſimul querat̃ beatitudo · dicit ergo
Boetius in littera · Quid igit̃ inquã quaſi
dicat · licet non querat̃ beatitudo querẽdo
vnũquodq; diuiſim · quid igit̃ erit ſi quis
cũcta ſimul cupiat adipiſci · nũquid ille ſic
velit ſummã btitudinis · nũquid btitudinẽ
repiet ĩ his bonis que demõſtrauim9 non
poſſe conferre quod pollicent̃ · i · ꝓmittunt
Et reſpondet Boecius · Minime inquam ·
Concludit ergo pħia dicens · In his ergo
nullo mõ ẽ ĩueſtigãda beatitudo q̃ credũt̃
preſtare ſingula expetendoꝝ · i · deſiderã=
doꝝ quod Boecius concedit dicens · Quod
fateor · i · affirmo inquã ita eſſe & hoc ni=
hil verius dici poteſt ¶ Notãdũ ſi aliquis
querit omnia quinq; ſimul ille querit bea=
titudinem in vniuerſali ſed errat in par=
ticulari querendo eã in iſtis temporalibus
bonis in quib9 non inuenit̃ · non enĩ ſum=
ma ſufficientia nec potentia inuenit̃ in eis
& ſic patet ꝙ querens vnum illoꝝ vel õ=
nia ſimul ſm quod inueniũt̃ in reb9 ſenſi=
bilib9 cũ habeat eſſe in eis modo ĩpfecto
non conſequit̃ beatitudinem querens aũt
vnum iſtoꝝ ſm eẽ perfectum cum omnia
ſint vnũ indiuiſibilit̃ omnia querit & que=
rit beatitudinem : ·

Habes igit̃ inquit : · Poſtq̃ pħia aſſig=
nauit cauſam falſe felicitatis · hic oſtẽdit
que ſit vera felicitas · Secundo oſtendit
in quo ſit conſtituta ibi · Quoniam igitur
agnouiſti · Primo pħia dicit · Habes igit̃
iam cauſas & formam falſe felicitatis nũc
deflecte intuitum mentis tue in aduerſum
· i · in contrarium falſe felicitatis hoc ẽ ad
veram felicitatem ibi ſtatim videbis veram
felicitatem quã promiſimus · & dicit Boe=
cius · Atqui pro certe vera beatitudo per=
ſpicua eſt · i · manifeſta ex dictis etiã ho=
mini ceco · q · d · tã manifeſta ẽ vera beati=
tudo ex dictis ꝙ etiam ceco ſi aliquid poſ=
ſet videre pateret · & tu pauloante mon=
ſtraſti eam ſupple veram felicitatem dum
conabaris aperire · i · declarare cauſas falſe
felicitatis · & dicit Boecius · Niſi ego fal=
lor ea eſt vera & perfecta felicitas que per
ficiat ſufficientem · potentem & reuerendũ
celebrem & letum · vt etiam tu philoſo=
pħia cognoſces me Boecium interius · i ·
plenius animaduertiſſe que ſit vera felici=
tas · ego ſine ambiguitate cognoſco hãc eẽ
plenam beatitudinem que vnum horum
ſcz predictorum veraciter poteſt preſtare
quoniam idem cuncta ſunt · & dicit pħia
quaſi congratulando Boecio · O alumpne
hac opinione te felicẽ ſupple dico ſiquidem
hoc adieceris ſupple quod modo dicã · Et
dicit Boecius · Quidnã dicã · Dicit pħia ·
Putas ne aliquid eẽ in his reb9 mortalib9
& caducis · i · tranſitorijs qđ poſſit afferre
· i · dare huiuſmodi ſtatũ · Reſpondet Boe=
cius minime puto & illud oſtẽſum eſt a te
vt nihil amplius deſideretur beatitudine ·
Concludit ergo pħia dicens · Hec igit̃ · ſ ·
ſufficientia reuerentia &c̃ que in reb9 ca=
ducis inueniũt̃ vel ſunt imagines · i · ſimi=
litudines veri boni & videt̃ dare mortalib9
imperfecta bona · verũ aũt & pfectũ bonũ
conferre non poſſunt · & dicit Boecius aſ=
ſentior inq̃ ¶ Nota ſufficientia impfecta
q̃ conſiderat̃ in reb9 temporalib9 nõ ẽ vera

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

ſufficientia ſed tm̄ ſimilitudinaria. Suffi-
cientia autem perfecta includit omnia alia
quatuor & ſingulum alioꝝ quatuor ꝑfecte
alia includit. & ideo illud quod dat vnum
ꝑfectū dat omnia ſed illud quod dat omnia
facit vere ꝑfectū ergo dicit Boecius. illud
qđ poteſt veraciter vnū cōferre illud cog-
noſco eſſe beatitudinem. Item aſſentior eſt
verbū deponentale & idem ſignificat cum
verbo neutrali quod eſt aſſentio: .
Quoniā igit̄ q̄ vera: . Hic oſtendit philoſo-
phia in quo vera felicitas ſit cōſtituta. &
primo tangit ordinem hui⁹ partis ad pre-
cedentia. & docet diuinum auxiliū eſſe im-
plorandum vt cognoſcatur in quo ſit vera
beatitudo. ſecundo inuocat diuinū auxiliū
tercio oſtendit intentum in quo ſit vera be
atitudo. ſecunda ibi. o qui ꝑpetua. tercia
ibi quoniā igit̄. Primo dicit phia. o boeci
q̄m̄a agnouiſti q̄ ſit illa vera beatitudo &
agnouiſti que mentiant̄ beatitudinē. Nūc
ſupeſt vt agnoſcas vnde illam veram bea
titudinem petere poſſis. Et dicit Boecius.
illud iam dudū a te vehement̄ expecto. &
dicit phia. Cū diuinum auxilium in mi-
nimis rebus debeat implorari. ſicut placet
platoni noſtro ī thimeo. quid nūc cenſes
faciendum ſupple in tā arduo negocio. Re-
ſpondit Boecius inuocandum ſupple cen-
ſeo patrem omniū rerum ſcʒ deum ſine q̄
nullum exordiū rite fundat̄. qđ approbat
phia dicēs. recte tu inquit cēſes. & ſimul
ſine īteruallo phia ita modulata ē. i. ꝓpoſu
it inuocationem dei metrica modulatione.
¶ Nota ꝙ in omnibꝫ diuinū auxilium eſt
implorādum quia deus eſt qui diuicias ſue
ſapientie influit in animas ſapientum. &
ſtudētibꝫ tribuit gratiam cognoſcendi cui
nihil ē difficile. & ſine quo nihil poſſibile ē
poſſideri ita ſcribit̄ in ꝓlogo de regimine
principū. & omne datū optimum & omne
donum perfectum deſurſum eſt deſcendēs
a patre luminum vt dicit alia ſcriptura. &
dicit beat⁹ Aguſtin⁹. Nemo tam erudit⁹
nemo tam doctus qui ſuperna illuſtratio-
ne non indigeat. Et beat⁹ gregorius. niſi
intus ſit qui doceat inuanum lingua doc-
toris laborat. ideo phia volens oſtendere
in quo ſit vera beatitudo inuocat diuinum
auxilium quo pretermiſſo nullū rite fūda-
tur exordiū: .

¶ Metrū nonū

O qui ꝑpetua mūdū ratōe gubernas
Iſtud eſt nonū metrū hui⁹ tercij
qđ dicit̄ omericū ab inuētore quia
omer⁹ ipm̄ adinuenit. & dicit̄ eroicū a mate
ria quia geſta heroum. i. virorū illuſtri-
um hoc metro deſcribebātur. & dicit̄ dac-
tilicum a pede predominante. Exametrū
a numero pedū quia cōſtat ex ſex pedibꝫ.
in quo metro phia inuocat diuinum auxi-
lium ad oſtendendum in quo ſit vera bea-
titudo & quomodo ad ipſam perueniatur
Primo ergo phia captando beniuolentiā
dei ipm̄ multipliciter commendat. ſecun-
do petitionem ſuam exprimit ibi da pater.
Circa primū ſciendū ꝙ tria requirunt̄ ad
petitionem exaudiendā. Primo requirit̄
potentia exaudiendi. Secundo voluntas.
Tercio ſcientia. De primis duobꝫ dicit̄ in
quarto hui⁹ ꝓſa ſecūda. Duo ſunt ī quibꝫ
omnis humanoꝝ actuum effectus conſtat
voluntas & poteſtas. quoꝝ ſi alterū deſit
nihil eſt quod explicari queat. De ſciētia
patet quia ſine ea nihil ratōnabiliter gerit̄
volens ergo phia oſtendere ꝙ deus poſſit.
velit ſciat exaudire ſuā petitionē. oſtendit
ipſum eē potentē ex mundi gubernatione.
ex celi & terre creatōne ex tpis ꝓductōne
Secūdo oſtendit ipm̄ volentē ſiue beniuo-
lum ex ſui bonitate & clemētia qua cuncta
ꝓduxit. tercio oſtendit ipſum eē ſapientē
ex quorūdā effectuū ſpecialiū ꝓductione.
Secunda ibi. Quem non externe. Tercia
ibi. Tu numeris. Primo dicit. O pater
qui gubernas mundum ꝑpetua ratione. i.
perpetua prouidentia tua. qui es ſator. i.
creator terraꝝ & celi qui iubes tempus ire
. i. ꝓcedere ab euo. i. a ꝑpetua tua dura-
tione. tu manens ſtabilis. i. immutabilis
das. i. facis cuncta moueri ¶ Notandum
ꝙ tota iſta littera. Qui ꝑpetua vſq; ad
illam ꝑtem da pater debet legi ſuſpenſiue
& poteſt o hic teneri vocatiue admiratiue
vel deprecatiue ¶ Notandū ꝙ gubernare

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

eſt res in debitum ſui finem ordinare quod
ſpectat ad diuinã bonitatem · regit autem
prima cauſa omnes res preter hoc ꝙ com-
miſceat̃ cũ eis ĩfluẽdo ſup eas virtutẽ vite
& bonitatis ſm autorem libro de cauſis ·
¶ Notandũ ꝙ mundus ſm Areſtotilem
in libro de mundo eſt conſtitutõ ex celo &
terra & naturis q̃ in eis ſunt · quẽ mundũ
deus gubernat ꝑpetua ratõne · i · ſua ꝓuidẽ
tia ꝑpetua q̃ nõ eſt tranſitoria ſicut ꝓuidẽ
tia humana ſed ꝑmanet duratione infinita
¶ Notandum ſicut aliquis dicit̃ ſator qui
ſemina plantarũ & arborũ ꝓicit · ſic deus
dicit̃ ſator inquãtũ celũ & terrã creauit &
ꝓduxit · p celũ aũt & terrã etiã intelligũt̃
elementa q̃ ſunt in medio · Dicit aũt t̃ rarũ
ponendo numerũ pluralẽ ꝓ ſingulari p an-
thiteſim ¶ Notandũ ꝙ tempus eſt duratio
ſucceſſiua cũ ſit numerus motus ſm prius
& poſterius · ex quarto phiſicorũ · q̃ duratõ
ꝓcedit ab euo ¶ Ubi notandũ ꝙ euũ eſt
duratio ꝑmanens tota ſimul nullã habens
ſucceſſionẽ vel mutabilitatẽ ãnexã & ẽ idẽ
ꝙ eternitas q̃ eſt ꝓpria duratio dei ſm quã
deus eſt cauſa temporis · ſicut enĩ deus per
ſuũ eẽ eſt cauſa cuiuſlibet eſſe & p ſuã boni
tatem eſt cauſa cuiuſlibet boni ita p ſuam
durationem eſt cauſa cuiuſlibet duratõnis
¶ Notandum ꝙ deus eſt ſtabilis · i · im-
mutabilis quia nulla ſpecie motus mouet̃ ·
nõ generatõe & corruptõe cũ ſit ĩgenerabil̃
& ĩcorruptibil̃ · nec augmẽtatõe & diminu
tõne cũ nõ ſit quantus · non alteratione nec
loci mutatione cũ ſit ĩpartibil̃ · Et ꝓbat A
reſtotiles · viii · phiſicorꝫ · ex ordine mouẽtiũ
& mobiliũ neceſſe ẽ deuenire ad aliquod
primũ õnino ĩmobile & p ſe & p accidens
¶ Notandum ꝙ omnia a primo ſunt mu-
tabilia vel ſm eẽ vel ſm opationẽ · Si ſm
eẽ hoc ẽ duplicit̃ · vel ſm eẽ ſubſtãtiale ſicut
ẽtia generabilia & corruptibilia vl̃ ſm eẽ ac
cidẽtale ſicut corpa celeſtia q̃ licꝫ nõ mutẽt̃
generatione & corruptione tñ mutãt̃ ſm
eẽ locale · Si aũt eſt mutatio ſm opatio-
nẽ ſic intelligentie ſunt mutabiles quia in
ipſis ẽ ſucceſſio intellectionũ · licet ergo nõ
mutent̃ quo adeſſe tñ quo ad opationem ·

Aliter exponit̃ · Stabiliſq; manens das
cuncta moueri vel õnibꝫ ſpeciebꝫ motuũ ·
vel aliquibꝫ ſpeciebus motus accipiendo
motum ſtricte vel large · Aliter exponit̃
Stabiliſq; manens das cuncta moueri ·
non ꝙ omnia moueant̃ ſed quicquid mo-
uet̃ te dãte mouet̃ & ſimile gen⁹ locutio-
nis habet̃ Johãnis primo · Illuminat om-
nem hominem venientem in hũc mundum
non ꝙ oĩs ſimul illuminẽt̃ · ſed omnes
qui illuminãt̃ a deo illuminãt̃ :·
Quẽ nõ externe : · Hic phĩa oñdit deũm eẽ
beniuolum ex bonitate clementie qua om-
nia produxit & dicit · Quẽ ſcꝫ deum exter-
ne · i · extrinſece cauſe nõ ꝑpulerũt · i · nõ
coegerũt fingere · i · componere opus · i ·
creaturam fluitãtis materie que fluit de
eẽ ad nõ eẽ & ecõuerſo de nõ eẽ ad eẽ for-
me · verũ pro ſed inſita · i · intrinſeca for-
ma ſummi boni · i · ſumme tue bonitatis · ſ ·
ꝑpulit te fingere opus fluitãtis materie
O pater tu ducis · i · ꝓducis cuncta ab ex-
emplo ſupno · i · ab exemplari perpetuo ·
tu ipẽ pulcherrim⁹ ab õni deformitate elõ-
gat⁹ gerẽs mẽte · i · memoria plenũ mũdũ
ſeu pulchrũ mũdũ · ſ · architicũ & formãs
· i · ꝓducẽs ipm mũdũ ſenſibilẽ ſimili ima
gine ſicut p̃fuit in mẽte tua & tu iubes mũ
dũ pfectũ · i · pfecte ꝓductũ abſoluere · i ·
abſolutũ tenere ſine defectu alicuius pfec-
tas partes · i · elementa & elementata que
ſpectant ad integritatem mundi ·
¶ Notandum ꝙ omne quod neceſſitatur a
cauſa extrinſeca neceſſitat̃ ab efficiẽte vel
a fine quia non ſunt plures cauſe extrin-
ſece · efficiens aũt neceſſitat dupliciter ·
vel violenciam inferendo vt ꝓiciens lapi-
dem ſurſum · vel aliquid cõferendo quo na
turaliter moueat̃ ſicut generãs dãs formã
leuitatis mouet ignẽ ſurſum de neceſſita-
te nature · deus aũt non neceſſitat̃ ab effi-
ciente primo modo ſcilicet neceſſitate vi-
olentie cum nihil ſit potẽtius eo · nec neceſ-
ſitate ſecundo modo cũ nihil ab alio reci-
piat · nec eciã neceſſitatur neceſſitate finis
quia quod neceſſitat̃ ab alio tanq̃ a fine
cõparatur ad ipſum ſicut impfectũ ad per-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

fectum eo ꝙ finis eſt bonum & ꝑfectio il-
lius quod eſt ad finem· deus autem a nullo
extrinſeco perficitur Notandum ꝙ ſola
bonitas diuina coegit ipſum ad ꝓducendū
opꝰ fluitantis materie nō aūt coegit ipm̄
neceſſitando ſed libere mouēdo Notan-
dū ꝙ īuidia facit ꝙ aliquis bonū alteri nō
cōmunicat quia inuidia ē triſticia de bono
alterius· & quia talis inuidia in deo non ē
ideo ſummam bonitatem ꝑ creationem a-
lijs cōmunicauit Vnde dicit plato in thi-
meo· Ab optimo inuidia lōge relegata eſt
& ꝑ cōſequēs ſibi diſſimilis ꝓut natura-
lit̄ cuiꝰ ꝗ capax btitudis eē poterat effici
ꝗ voluerit Notandum ꝙ ſicut in agen-
tibꝰ per naturam forma rei fiende preex-
iſtit in agēte ſm eſſe reale ſic in agentibus
ſm intelectum forma rei producende pre
exiſtit ſm eſſe intellectuale ſicut artifex
volens producere domum oportet formā
domum primo in mente preexiſtere tan-
ꝗ̄ exemplar ad cuiꝰ imitationem faciat
domum in materia· cū igitur deus ſit a-
gens per intellectū ꝓducens mūdū· ipſe
prehabuit in mente ſua exemplar mundi
& omnium partiū eiꝰ ad cuiꝰ imitationē
ꝓduxit mūdum extra ſupple qui mūdꝰ ī
mente diuina preexiſtens dicit̄ Architi-
pꝰ ab archos qđ ē princeps & tipos ſimi-
litudo ꝗſi principalis ſimilitudo cuiꝰ yma
go dicit̄ iſte mūdus ſenſibilis:·

Tu numeris elemēta ligas· Hic pħia cō-
mēdat deum ex ꝑte ſapientie quo ad ſpe-
cialem effectuum ꝓductionem· Et primo
ex productione elementorū· Secundo ex
productōne anime mūdi· Tercio ex ꝓduc-
tione noſtrarū animarum· ſecunda ibi Tu
triplicis· tercia ibi· Tu cauſis· Primo di
cit· O pater tu ligas elementa numeris· i·
proporcōibꝰ numerabilibꝰ vt elemēta frigi
da cōueniēt · i · cōcordēt flammis · i · cali-
dis elementis · & vt arida · i · ſicca elemē-
ta conueniant liquidis · i · humidis elemē-
tis ne ignis purior inter elementa euolet
· i · exeat ſperā ſuam magis aſcendendo
& ne pondera · i · grauitates deducant · i ·
magis deorſum ducāt terras merſas · i · de

preſſas Notandum ꝙ elementa habent
proportionem numeralem īter ſe· ſicut enī
duo numeri quadrati conueniunt in vno
numero medio proportionali · ſic duo ele-
menta contraria in duabꝰ qualitatibꝰ cō-
ueniunt in vno elemento medio proporci-
onali vtraqꝫ · verbi gracia numerus qua-
dratus eſt qui conſtat ex ductu ſui ipſius
ī ſe ipſum dicēdo bis duo · ter tria bis duo
in quaternarium & ter tria in nouenari-
um· & accipere vnum numerum medium
proportionabilem ſcꝫ ſenarium qui ſecū-
dū eandem proportionē excedit quatuor
in qua excedit̄ a nouem ſicut enim nouem
continent ſex & mediam partem ſex· ita
ſex continent quatuor & mediam partem
quatuor ſic ſimiliter eſt in elementis· nam
ignis & aqua in duabꝰ qualitatibꝰ contra-
riantur · ignis enī eſt calidꝰ & ſiccꝰ· aqua
frigida & humida q̄ colligantur vno me-
dio ſupple aere qui cōuenit cū igne in cali-
ditate & cū aqua in humiditate· ſimiliter
eſt de aere & terra reſpectu aque· Secū-
dum hanc ſententiā littera ſic exponat̄ tu
ligas elementa numeris · i · proportionibꝰ
numeralibꝰ vt frigora · i · aque que frigi-
de ſunt conueniunt flāmis· i· ignibꝰ qui ca
lidi ſunt per vnū elementum medium qđ
ē aer· & arida · i · terre q̄ aride ſunt cōueni-
unt liquidis· i· partibꝰ aereis que humi-
de ſunt ꝑ elementum mediū quod ē aqua·
Tu triplicis mediā nature cūcta mouētē
Hic pħia oſtendit ſapientiam ex anime
mūdi ꝓductione· Vbi ſciēdū ꝙ iſta littera
cōmuniter exponitur ad intentōem plato-
nis in thimeo ſed quia illa expoſitio ē diffi
cilima & modice vtilitatis ego eam ꝑ trā-
ſio & ponam facilem expoſitionem q̄ eſt de
mente areſtotilis · Ad cuiꝰ euidentiam ē
notādum ꝙ per animā mūdi hic intelligi-
tur intelligentia mouens orbē que per mo
tū virtutem ſuam influit inferioribꝰ· & hec
intelligētia dicitur media inter deū & ani
mam humanam · Sicut enī in dignitate
& perfectione excedit̄ a deo ſic ipſa exce-
dit animam noſtram Notandum ꝙ hu-
iuſmodi intelligentia dicitur eſſe triplicis

nature ꝓpt̃ tres opatões quas habz ſup-
ple mouere orbem · intelligere deum & in-
telligere ſeipſam ¶ Notandũ ꝙ orbes ce-
leſtes dicũtur cõſona membra intelligẽtie
quia p ipõs tãꝙ per organa & inſtrumẽ-
ta intelligentia influit inferioribꝰ · licet eñ
intelligẽtia prima intentione moueat ꝓpt̃
ſe tñ ſecũda intentione mouet ꝓpt̃ inferio-
ra · his p̃miſſis littera plana erit · Vnde di-
cit ſic · Tu deꝰ animam ſupple mũdi q̃ eſt
intelligentia · mediã ſupple int̃ deũ & ani-
mã humanã triplicis nature · i · triplicis
opatõnis mouentem cũcta ſupple inferiora
p influxũ illã tu cõnectens reſoluis · i · di-
ſtinguis eam p cõſona membra · i · p cõue-
nientes orbes q̃ anima cum ſecta · i · diui-
ſa quantum ad opationes glomerauit · i ·
impſſit motum in duos orbes ſupple in or-
bem primi mobilis & in orbem planetarũ
ipã reditura · i · reflexa meat · i · procedit
in ſemetipſam ſupple intelligendo quod eſt
vna opatio & ipã circuit mentem profun-
dam · i · mentem diuinam deum intelligẽ-
do q̃ eſt alia operatio & ipã cõuertit · i · mo
uet celum ſimili imagine · i · intelectione
qđ eſt tercia operacio eiꝰ · Aduc nota licz
corpora celeſtia ſint diuerſa tñ ratõe vni-
tatis ordinis poſſunt dici vnum corpꝰ ſi-
milit̃ intelligentie licz ſint diuerſe tñ pñt
dici vna intelligentia ꝓpter vnitatem or-
dinis in operatione mouendi · ergo dicit in
ſingulari animam & non animas : ·
Tu cauſis animas paribꝰ vitaſꝗ minores
Hic phia cõmendat ſapientiã dei ex ani-
marum noſtrarum creatione · Dicens · O
pater tu ꝓuehis · i · ꝓducis animas homi-
nũ & minores vitas · i · animas brutorum
& plantarũ · paribꝰ cauſis quibꝰ animam
mundi produxiſt̃ · ſcilicet tu aptans ſub-
limes · i · animas rationales hominum · le-
uibꝰ curribꝰ · i · celeſtibus ſtellis · tu ſeris
eas in celũ & terram · i · in corpora terrena
q̃s animas cõuerſas reduci igne · i · caritate
reducẽte facis reuerti ad te · benigna lege · i
ordinatione tua ¶ Nota ꝙ anime beſtiarũ
& plantarum dicuntur minoris vite reſpe-
ctu anime hominis eo ꝙ nõ habent tot nec
ita pfectas opatões vite ſicut aĩe hoĩm
¶ Nota ꝙ per leues currus ſcḋm intentionẽ
platonicorũ intelligit ſtellas cõpares cur-
ribꝰ · Dixerunt enim platonici ꝙ deus õ-
nes animas ſimul creauerit & ſeminauerit
eas in celo delegendo eas ſtellis cõparibꝰ
a quibꝰ poſtea dilabant̃ in corpora · ſed hec
opinio non valet ſcz ꝙ omnes anime ſiml̃
ſint create imo omni die de nouo creant̃
& create corporibꝰ infundunt̃ · Dicũt̃ aũt
anime ſeri in celum propter virtutem ce-
leſtẽ ex qua vnio anime ad corpꝰ cõtrahit
ſuã peryodũ licet anima a deo ꝓducat̃ in
corpore tamẽ vnio ex pte diſpoſitionũ cor
palium dependet a virtute celeſt̃ · ideo di-
cit eas ſeri in celum & terram quia anime
non coaptant̃ corporibꝰ niſi mediãte vir-
tute celeſti · vnde ſecundo phiſicorũ · homo
enim hominem generat & ſol ¶ Nota ꝙ
deus animas creatas aptat leuibꝰ curribꝰ
· i · ſtellis comparibꝰ quod ſic poteſt intel-
ligi quia anima creata comparitatem & ſi-
militudinem habet cum ſtella · Sicut eñ
ſtella eſt nobilior pars ſui orbis & eſt per
petua · ſic anima rationalis perpetua exiſ-
tens eſt nobilior pars hominis · vel ſic po-
teſt intelligi ꝙ deus animas creatas ap-
tat leuibꝰ curribꝰ · i · rationi & intellectui q̃
dicunt̃ currus anime quia ducunt hominẽ
in cognitionem rerum quas animas ſerit
in celum & terrã quia anima ratione & ĩ-
tellectu habet cognitionem celeſtiũ & ter-
reſtrium ¶ Nota ꝙ per ignem reducem
intelligit ardorem caritatis que hominem
auerſum a deo vicijs facit ipſum redire v̓-
tutibꝰ · niſi enim homo deum amet ipſum
nõ querit niſi querat · nõ inueniet · niſi in-
ueniat ad ipm̃ nõ reuertet̃ : ·
Da pater anguſtã : · Poſtꝙ̃ phia capta-
uit beniuolentiam dei ipſum multipliciter
cõmendando · hic exprimit ſuam petitionẽ
dicens · O pater qui facis omnia predicta
da · i · concede menti humane conſcendere
anguſtam ſedem · i · nobilem ſedem ſum-
mi boni da luſtrare · i · inueſtigando inue-
nire fontem boni · i · deũ qui ẽ fons omnis
boni da luce reperta · i · cognitiõe p̃habita

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

in te defigere ſcʒ per amorem conſpicuos
viſus · i · claros intuitus animi · i · ratōis
& intellectus · o pater tu diſſice · i · diſper-
ge nebulas · i · obſcuritates & pondera · i ·
grauitates terrene molis · i · dilectionis
terrene atq̧ mica · i · reſplende tuo ſplēdo-
re tu nanq̧ es ſerenum quo ſupple omnia
illuſtrantur · Tu es tranquilla requies
pys ſupple mentibus · te cernere · i · vide-
re eſt finis ſupple omniū tu idem exiſtens
es principiū quia origo omniū rerū tu es
vector quia vehis nos per gratiā quo per-
venire nō poſſumus p naturam · tu es dux
ducens ab errore ignorantie ad veritatem
ſapientie · tu es ſemita cum ſis via & veri-
tas & p te ad teipſum puenitur · tu es ter
minus vltra quem nihil queritur cum ſis
ſummum & pfectum bonum ¶ Nota q̄ ſe
des ſummi boni dicitur anguſta · i · ſubtilis
quia vix magno labore ad ipſam peruenī-
tur · vel dicit̄ anguſta · i · nobilis quia ni-
hil ſibi cōpari poteſt · Item deum vocat
fontem ſummi boni · ſicut eñ riuuli habēt
exiſtere & fluere a fonte & ipſe a nullo ·
ſic a deo omne bonum habet eſſe · ipē autē
a nullo ¶ Nota ad hoc q̄ ſedes ſummi bo-
ni conſcendatur · oportet q̄ inueſtigetur ·
& quia non ſufficit inueſtigare ſi non in-
ueniatur · nec inuenire ſi non diligatur ·
ideo phia petit per amorē defigi viſum a-
nimi ſcʒ rationem & intellectum ī ſummū
bonum ¶ Nota q̄ quia intellectus & ra-
tio impediūt̄ & obſcurant̄ p affectionē &
deſiderium terrenoꝝ quia corpus quod
corrumpitur agrauat animam quādo cor-
pori eſt ſubiecta ideo phia petit fugari ne-
bulas terreni molis & quia nō ſufficit fu-
ga tenebrarum · niſi aſſit lux illuminans
ideo petit illuminationem dicēs · Atq̧ tuo
ſplendore mica · Item diſſico diſſicas · i ·
diſpergo vel remoueo · & dicitur a dis pre
poſitione inſepabili & a ico icis : ·

¶ Proſa decima

QVoniam igitur que ſit imperfecti
Iſta eſt decima proſa hui⁹ tercÿ
in qua phia oſtendit vbi vera bea-
titudo ſit cōſtituta · & primo cōtinuando
ſe probat beatitudinem perfectam eſſe in
rerum natura · ſecundo oſtendit in quo ſit
vera beatitudo ibi · Quo vero · Primo dicit
O boeci quoniam vidiſti in precedentibus
que ſit forma imperfecti boni & que ſit for
ma perfecti boni nūc reor · i · opinor eſſe de-
mōſtrandum quonā · i · vbi hec perfectio fe
licitatis · i · perfecta felicitas ſit cōſtituta
in quo ſupple inueſtigando illud ego arbi-
tror primum eſſe inquirendum an aliquid
huiuſmodi bonum perfectum quale paulo
ante ſcilicet octaua proſa diffiniſti poſſit
exiſtere in reꝝ natura ne caſſa · i · vana
imago · i · ſpēs cogitationis nos decipiat p̄t
veritatem ſubiecte rei · i · exiſtentis rei · ſed
nequit negari quin exiſtet in rerum natu-
ra perfectum bonum & perfecta felicitas &
hoc bonum ſit veluti fons omnium bonoꝝ
& tunc probat ipſum eſſe tali ratione · In
q̄cunq̧ genere ē reperire imperfectū ī eodē
eſt reperire perfectum · ſed in genere rerū
eſt reperire imperfectum bonum & imper-
fectam felicitatem vt patet ex preceden-
tibus · ergo in rerum natura erit dare p-
fectum bonum & perfectam felicitatem ·
Hanc rationem pertractat in littera & di-
cit · Omne q̄ dicitur eſſe imperfectum illud
phibetur imperfectū diminutione · i · ex de-
fectu perfecti quo fit vt ſi ī quolibet gene
re videat̄ eſſe quid · i · aliquid imperfectū
in eo genere neceſſe ſit aliquid eſſe per-
fectum etenim ſublata · i · circumſcripta
perfectione nec fingi poteſt vnde extiterit
· i · eſſe habeat quod phibet̄ imperfectū neq̧
enim natura cepit exordium a diminutis
& inconſumatis id eſt ab imperfectis · ſed
natura pcedēs ab integris & abſolutis · i ·
pfectis dilabit̄ in hec extrema · i · inferiora
atq̧ effeta · i · infructuoſa · ex hoc ergo ac
cipit̄ maior rationis in quocūq̧ repitur
aliquid impfectū in eodē repit̄ pfectum ·
Tunc ſubiungit minorem dicens · Sicuti
pauloante monſtrauim⁹ que eſt fragilis
boni & impfecta felicitas · Et ponit con-
cluſionē dicens · Ergo dubitari non poteſt
eſſe aliquā ſolidā & pfectam felicitatē q̄d
ocedēs · B · dicit firmiſſime & veriſſime cō

cluſum eſt ¶ Notandū ꝙ ī tempōralibꝰ &
ſenſibilibꝰ nō poteſt eſſe ſummū & ꝑfectū
bonū & quia multi ſunt qui non putāt eē
alia bona preter ſenſibilia ideo ne aliquis
putet nullū eſſe ꝑfectū bonū ī rerū natura
pħia primo anteꝗ̄ oſtendat vbi ſit ſitum
ꝑfectū bonū ꝓbat ipſum eſſe ¶ Notandū
ꝙ res ſubiecta eſt de qua habet̄ ſermo &
cognitio · ſed dū cogitamꝰ de re que non ē
tūc ē cogitatio caſſa ꝑ̄ter veritatē ſubiecte
rei decipiens nos · ne autem talis cognitio
videat̄ eſſe ſummi boni ideo primo probat
ipſum eſſe in rerū natura ¶ Notandum ꝙ
imꝑfectū non poteſt eſſe principiū rerum
quia ꝑfectum prius eſt imperfecto · prin-
cipio aūt nō ē aliquid priꝰ · ex quo ſequit̄
ꝙ vbi eſt imperfectū ibi eſt reperire per-
fectū ¶ Notandū ꝙ eſt deuenire ad aliqd̄
ꝑfectū a quo natura incipiens ꝓgreditur
ad poſteriora imperfecta cuiuſmodi ſunt
hec inferiora que dicūt̄ extrema & effeta
quia ſunt vltima cauſatoꝝ · nō cauſa alijs
inferioribꝰ : ·

Quo vero inquit : · Hic pħia oſtendit in q̄
perfectum bonum ſiue felicitas ſit ſita · ſe-
cūdo cōcludit quoddam correlarium · tercio
mouet dubitationem · ſecunda ibi · ſuper
hec · tercia ibi atqui hoc q̄s · Primo dicit vel
oſtendit perfectā felicitatē in deo eſſe cōſti
tutam · ſecūdo oſtendit per quem modum
ſit in deo ibi · ſed queſo · primo ponit vnā
propoſitionem notam · Secundo ex ea
probat intentum ibi · Ita vero · Primo di-
cit · Iam probatū ē ꝙ ē dare perfectū bonū
quo vero · i · in quo habitet illud perfectū
bonū ita ꝯſidera · Et tūc ſubiungit ꝓpoſitio
nē · Oīs ꝯceptio cōmunis humanoꝝ aīorū
probat · i · concedit deum eſſe bonum prī-
cipem omnium rerum · & ꝙ deus ſit quod-
dam bonum probat ꝑ hoc quia deo nichil
melius excogitari poteſt · & quis dubitat
illud eſſe bonum quo melius nihil eſt · q̄ſi
dicat nullus ¶ Notandum ꝙ deum eſſe
principē omnium rerum omnes ꝯcedūt ſed
quia pitagorici duo poſuerunt eſſe princi-
pia rerum vnū bonū aliud malū · ne ergo
aliquis occaſione huiꝰ negaret deum eſſe
bonum ideo hoc ꝓbat ex eo ꝙ nihil poteſt
meliꝰ excogitari deo · Vnde dicit beatus
auguſtinꝰ in libro de doctrina xp̄iana oēs
Tum illa cū hec inquit ita · Hic phia ſuppoſito ꝙ mūdꝰ regat̄ a deo probat ꝙ regatur ab ipſo ꝑ ſuā bonitatē · Et dicit o Boeci cū hec ita ſencias ꝙ mūdꝰ regit̄ a deo puto mihi reſtare ꝑuā operā · i · ꝑuū laborē vt tu ꝯpos · i · potens felicitatis ſoſpes · i · ſanus reuiſas patriā · i · cognoſcas beatitudinē · Tunc probat ꝙ deꝰ regat mūdū ſua bonitate dicēs intueamur q̄ ꝓpoſuimꝰ nonne numerauimꝰ ſupra ī nona proſa ī beatitudine eſſe ſufficiētiam · & ꝯceſſimꝰ deū eſſe ipāꝫ beatitudinē · dicit Boeciꝰ ita eſt inq̄ꝫ · ex hoc ꝯcludit phia deum nullo indigere ad regēdum mūdm · dicit ergo · ad mūdm regēdū deꝰ nullis extrinſecis adminiculis indigebit · alioquin ſi ita eſſet ꝙ aliquo egeat non habebit plenā ſufficiētiā Et dicit Boecius illud inq̄ꝫ ē neceſſarium Ideo concludit phia deꝰ cuncta diſponit · i · regit ꝑ ſe ſolū · dicit Boeciꝰ negari nequit ſed deꝰ mōſtratꝰ eſt eſſe ipm̄ bonū · memini inq̄ꝫ dicit Boeciꝰ · ergo ꝑ bonum deus cūcta diſponit ſiquidē ꝑ ſe regit oīa quē ꝯſenſimꝰ eſſe bonū · & hic deꝰ eſt veluti quidā clauꝰ atq̄ gubernaculū q̄ machina mundi ſeruatur ſtabilis & incorrupta dicit Boeciꝰ vehement̄ · i · valde aſſencior & illud te dicturam pauloante proſpexi licet tenui ſuſpitione · dicit philoſophia · Credo inquam ꝙ hec prouidiſti · iam eīm vt arbitror vigilantius q̄ꝫ prius deducis oculos ad vera cernenda ¶ Notandū ꝙ ex littera accipiunt̄ due rationes ad ꝓbādū intentum · Primo probat ꝙ deus per ſe regit omnia · & talis · In beatitudine ē ſumma ſufficientia · ſed deus ē beatitudo · ergo in deo eſt ſumma ſufficientia · tale aūt non indiget extrinſecis gubernaculis · ergo ꝑ ſe deꝰ regit oīa · Secūda ratō ꝓbat ꝙ deꝰ per ſuam bonitatem que non diſtinguitur a deo regit omnia · ſicut deus per ſe regit omnia vt viſum eſt · ſed deus eſt ipſum bonum · ergo per bonum regit omnia vt patet de ſe quia ſua bonitate & clemencia : · Sed quod dicam : · Hic ponit per quē modum deus omnia gubernat · Et primo oſtē dit ꝙ omnia gubernat ſuauiter quia omīa ſibi obediunt · Secundo ꝙ gubernat omnia fortiter quia nihil ſibi reſiſtere poteſt ſecunda ibi · Quid ſi conet̄ · Primo dicit · illud quod dicam non minus patet ad cōtuendum · i · ad deſiderandum · Et dicit Boecius · Quid inquam · Et dicit phia · cū deus iure credat̄ omnia gubernare clauo bonitatis ſue & omnia feſtinent naturali intentione ad bonū · ſicuti docui priꝰ in ꝓſa decima · nō poteſt dubitari quin volūtarie regant̄ · i · ſponte & conuertant ſe ad nutum diſponentis tanq̄ꝫ conuenientia · i · obedientia & contemparata · i · coaptata ſuo rectori · dicit Boecius · Ita inquam neceſſe eſt quia non videret̄ bonum eſſe regimē

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

dei ſi foret iugum detrectantium · id eſt.
recuſantium ſicut bos laſciuiẽs recuſat iu⸗
gum & ſi non eſſet ſalus obtemperantium
·i· obedientium · ergo dicit pħia · nihil eſt
ꝙ naturam ſeruãs conet᷑ · i · laborat cõtra⸗
ire deo · dicit Boecius · Nihil inquã ¶ No⸗
ta ꝙ cum gubernare nihil aliud ſit niſi in
finem ordinare nec aliud eſt deum per
bonitatem gubernare ꝙ̃ per bonitatem in
finem dirigere · & cum omnia naturaliter
tendant ad bonum tanꝙ̃ in finem mani⸗
feſtum eſt ꝙ omnia ſponte in finem diri⸗
gunt᷑ & ita naturaliter omnia ſponte obe⸗
diunt gubernãti · & ꝑ conſequẽs de⁹ regit
oĩa ſuauiter · ¶ Nota ꝙ voluntariũ ſm̃ ꝑ
fectã ſui ratonẽ tm̃ inuenit᷑ in habẽtib⁹ vo
lũtatẽ · ſed extẽdẽdo volũtariũ ad omnem
appetitũ non coactũ ſicut poteſt reperiri ĩ
omnib⁹ & ſic accipit᷑ hic · ¶ Nota ꝙ nihil
ſeruãs naturã repugnat deo licet em̃ pec⸗
cator videat᷑ deo repugnare ipſe non ſer⸗
uat naturã quia peccatũ diminuit & depra
uat naturã · etiã Boeci⁹ loquit᷑ hic ꝺ appe⸗
titu nature vt patet ex ſuperiorib⁹ :·

Quid ſi conet᷑ ait nũ tãdẽ : Hic oñdit pħia
ꝙ de⁹ regit omnia fortit᷑ quia nihil eſt qđ
poſſit ſibi reſiſtere · Secũdo cõfirmat hoc ꝑ
quãdã fabulã ibi · Accepiſti · Primo dicit
Si quid conet᷑ reſiſtere ꝺo nũquid aliquid
ꝓficiet aduerſus eũ quẽ cõceſſim⁹ eẽ potẽ⸗
tiſſimũ iure beatitudinis · i · ex eo ꝙ ẽ bea
titudo · dicit Boeci⁹ ꝓrſus nihil ſupple po⸗
teſt reſiſtere · igit᷑ dicit pħia non eſt ali⸗
quid qđ huic ſummo bono vel velit vel poſ
ſit reſiſtere · dicit Boeci⁹ nõ arbitror · ideo
dicit pħia ſummũ bonũ eſt qđ regit cũcta
fortit᷑ ſuauit᷑q; diſponit · dicit Boeci⁹ ꝙ̃ · i ·
quãtũ me ea ſumma ratonũ q̃ modo cõclu⸗
ſa eſt nõ mõ · i · non tãtũmõ me delectat ve
rũ ꝑ ſed ipſa quib⁹ vteris multomagis de⸗
lectãt me ita vt ſtulticiã · i · me ſtultũ la⸗
cerantẽ · i · male reprehẽdẽtem magna que
tangũt diuinã gubernationem pudeat ſui ·
Tũc cõfirmat ꝑ fabulã ꝙ nihil poteſt reſi
ſtere deo q̃ talis eſt · Gigãtes volẽtes ex⸗
pellere deos ꝺ celo poſuerunt montem ſup
montẽ vt aſcẽderẽt · qđ videẽs iupit᷑ ipſos

fulmine deiecit & mõtib⁹ depͥſſit · & hec in
· ii · methamorfoſios · vñ dicit · o Boeci ac⸗
cepiſti · i · didiciſti ĩ fabulis gigãtes laceſ⸗
ſentes · i · lacerare volẽtes celũ · ſ fortitu⸗
do benigna ſcʒ dei illos diſpoſuit · i · depo⸗
ſuit vti condignum fuit · ¶ Nota pħia hic
alludit verbis ſacre ſcripture q̃ dicit · At⸗
tingit ergo a fine vſq; ad finem fortit᷑ & di
ſponit omnia ſuauiter · ideo dicit Boeci⁹
ſe nõ tm̃ delectari ĩ iſtis rationib⁹ q̃ntum ĩ
ſuis verbis :·

Sed vis ne ratõnes ipſas inuicẽ · Hic pħia
concludit ex dictis ꝙ malũ nihil ſit · & pri
mo petit aſſenſum boecy dicẽs · vis ne ip⸗
ſas rationes · i · ꝓpoſitiones ratione ꝓba⸗
tas inuicẽ collidam⁹ · i · componam⁹ forſi⸗
tan ex cõflictatione hui⁹ diſſiliat · i · ꝓce⸗
det q̃dã pulchra ſcintilla veritatis · & dicit
Boeci⁹ fiat inq̃ tuo arbitratu · i · tua vo⸗
luntate · Tunc ponit ꝓpoſitionẽ manifeſtã
dicẽs · nemo dubitauerit deũ eẽ omnipotẽ
tem · dicit Boeci⁹ null⁹ prorſus ambigat
qui mente conſiſtat · i · qui ſane mentis eſt
Tunc aſſummit aliã ꝓpoſitionem dicens ·
qui vero eſt omnipotẽs nihil eſt qđ ille nõ
poſſit · dicit Boeci⁹ nihil inq̃ · Tunc ponit
aliam ꝓpoſitionem · de⁹ non poteſt facere
malum · dicit Boeci⁹ minime · igit᷑ con⸗
cludit pħia malũ nihil eſt cũ illud facere
non poſſit ille qui nihil non poteſt facere
· i · omnia facere · ¶ Nota ſicut de⁹ eſt cau
ſa effitiẽs omniũ ita eſt finis omniũ · vnde
quicquid fit ab eo ordinat᷑ ad ipſm tanꝙ̃ ad
finem ſi ergo de⁹ faceret malũ ordinaret᷑
ad ipſm tanꝙ̃ ad finem & cum ipſe ſit bonũ
malum ordinaretur ad bonum · ergo deus
nõ poteſt facere malũ tanꝙ̃ aliquid ꝑ ſe in⸗
tẽtũ · eſt ergo concluſio quã pħia infert ꝙ
malum nihil eſt · ratio concluſionis eſt ·
de⁹ poteſt facere omne ꝙ ẽ cũ ſit omnipo⸗
tens · ſed de⁹ non poteſt facere malum · er
go malũ nihil eſt · Et ſi diceres ſi malũ ni⸗
hil eſt cũ hõ damnet᷑ ꝑ malo damnabit᷑ ꝑ
nihilo · dicendũ ꝙ malũ dicit defectũ boni
non negatiue ſed priuatiue · & ideo malũ
eſt ꝺfect⁹ boni qđ debet haberi & quia in
poteſtate hominis eſt illud habere & ſi nõ

habet illud bonū cum deberet habere· ideo
damnat᷑ ·& ponit᷑ exēplū· Aliquis tenet᷑
ſoluere cētum libras & ſi non ſoluat incar
cerabit᷑ · certū eſt ꝙ nō ſoluere nō eſt ali-
quid ſed nihil · non tñ ſimplicit᷑ dicit᷑ ali-
quis incarcerari pro nihilo · ſed ideo quia
nihil erat qđ debuit aliquid eſſe :·
Ludis ne inq̄̄ me· Hic Boeci⁹ monet que
ſtionem phie· ſcđo phia ſoluit · ibi Tū illa
Primo Boecius admirās de cōnexione &
cōuolutione rationum quibꝫ phia vſa eſt·
querit vtrū iſta cōnexio rationū ſit ex de-
luſione phie vel prouemat ex natura rei &
breuit᷑ illas rationes recolligit & dicit · O
phia ludis · i· deludis ne me texens· i· for-
mās laborintū· i· laborē difficilē ratōibꝫ fa-
ciēdo rationes circulares quo ſcꝫ laborinto
egrediaris ea ꝑte qua introeas & egredia
re eo loco quo introieris· tu cōplicas quē-
dā orbem admirabilē diuine ſimplicitatis
· i· facis mirabilem circulationem ratōnis
in diuina ſimplicitate· & tunc breuit᷑ recol-
ligit rationes dicēs. tu pauloante incipiēs
a beatitudine dicebas eam eſſe ſummū bo-
nū quā beatitudinē tu loquebare eſſe ſitam
in ſummo deo & diſſerebas deū eē ſummū
bonū & plenā beatitudinē ex q̄ dabas· i· in
ferebas q̄ſi munuſculū· i· correlariū neminē
eſſe beatū niſi eſſet deus ·rurſum tu loque-
baris formā boni eſſe ſubſtātiā dei & beati
tudinis & dicebas ip̄m vnū eſſe idip̄m qđ
bonū ·& illud bonū dicebas eſſe qđ appete-
ret᷑ a natura oīm reꝝ· & tu diſputabas. i·
diſputādo probabas deū regere vniuerſita
tē gubernaculis bonitatis & cūcta volētia
parere· i· obedire deo nec vllā eſſe naturā
mali & hec oīa explicabas nullis rationibꝫ
ſumptis extrinſec⁹ · i· non accipiēdo prī-
cipia extrinſeca ſed inſitis · i· intrinſecis
& domeſticis· i· proprijs & conueniētibus
probationibꝫ rei de qua agebat᷑ altero aſ-
ſumpto trahēte fidē· i· certitudinē ex alte-
ro · ¶ Nota laborint⁹ dicebat᷑ dom⁹ de-
dali quā cū aliquis intendebat intrare exi-
uit & exeūdo intrauit · & cōſueuit depingi
circularibꝫ ꝓtractionibꝫ & trāſummit᷑ hic
ad deſignādū circulatōnes & reuolutōnes

rationū· ¶ Nota ꝙ circūuolutio & cōnexio
rationū quibꝫ phia vſa ē nō eſt ſic circula-
ris ꝙ vna & eadē ꝓpoſitio ſit principium
& cōcluſio reſpectu eiuſdē quia ſic nō con-
tingit demōſtrare circulo vtꝫ primo poſte
rioꝝ · ſed dicit᷑ ɔnexio circularis quia ra-
tiones ex inuicē dependēt ita ꝙ propoſitio
ɔcluſa in vna ſit pricipiū alteri⁹ ɔcluſio-
nis in alia · nec ꝓpt᷑ iſtas diuerſas conclu-
ſiones eſt aliqua diuerſitas in deo ſed om
nia ſunt idē ſimplicit᷑ :·
Tum illa minime īquit:· Hic phia rēſpō-
det Boecio ad queſtionem & dicit · Mini-
me ludimus ſed nos exegim⁹ · i · ꝑfecim⁹
munere dei quem dudum deprecabamur
rem maximam omnium rerum ea enim · i ·
talis eſt forma · i · diſpotio diuine ſubſtā-
tie vt neq̄ in externa · i · in exteriora dila-
bat᷑ · i · cadat · nec ſuſcipiat aliquid extrin-
ſecū ī ſe · quod ꝓbat autoritete ꝑmenidis
quam primo ponit in greco deinde ſenſum
eius ſubiungit ī latino dicēs· Hꝫ ſicuti ꝑ-
menides ait de ea ſcꝫ ſubſtantia diuina ꝙ
diuina ſubſtantia rerum orbem mobilem
rotat· id eſt · mutat res circulatione gene-
rationis & corruptionis · & mutando res
ipſa non mutatur ſed ſe immobilem ɔſer-
uat· O Boeci ſi nos agitauimus · id eſt ·
cognouim⁹ rationes non extra id eſt non
ab extrinſeco petitas· i· ſumptas ſed collo-
catas intra rei ambitum quam rem tracta
bamus · Nihil eſt ꝙ de hoc admireris cum
· i · ex quo tu didiceris Platone ſanxiente
id eſt confirmante ſermones oportere eſſe
cognatos · i · proprios conuenientes rebus
de quibꝫ ſupple rebꝫ loquunt᷑ ¶ Nota ꝙ
ſermones accipiendi ſunt ſꝫm materiam
ſubiectam quia certitudo nō eſt ſimplicit᷑
querenda rationibꝫ ex primo ethicoꝝ vbi
dicit᷑ ꝙ diſciplinati eſt tantum inquirere
certitudinem ſꝫm vnumquodq̄ gen⁹ q̄ntū
natura rei patit᷑ · Cum igit᷑ deus ſic regat
omnia preter hoc ꝙ commiſceat᷑ cum eis·
ex libro de cauſis· ſermones de diuina ſub
ſtantia accipiendi ſint ſꝫm intranea diuine
ſubſtantie & non ſꝫm extranea cū nō com-
miſceat᷑ cū eis:·

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

## Metrū duodecimū·

Felix qui potuit boni fontē viſere
Iſtud eſt duodecimū metrū & vl
timū hui⁹ ꝛ c ꝫ qꝺ dicit̄ gliconicū
ab īuētore coriābicū a pede p̄dn̄ante· Pri=
mo eñ ponit̄ ſpondeus dicendo felix · ſe=
cūdo coriambo dicēdo qui potuit· tercio pir
riche⁹ vel troche⁹ · In quo metro poſtq̄
ph̄ia oſtendit q̄ ſit vera beatitudo & vbi ſit
ſita· hortat̄ nūc ad pſeuerādū in cōtēpla=
tione illi⁹ beatitudinis · Et primo ponit il
lū eſſe felicē qui relictis terrenis vacat di=
uine contēplationi · Secundo oñdit quid
huiſmodi contēplationē impediat· Tercio
illud impedimentū vitare docet · Secunda
ibi Quondā· Tercia ibi· Vos hec fabula·
Primo dicit felix ſupple eſt qui potuit vi=
ſere ·i· deſiderant̄ videre lucidū fontem
boni ·i· deū qui eſt fons omnis boni & fe
lix eſt qui potuit ſoluere vincula ·i· affec=
tiones grauis terre ·i· terrenoꝝ q̄ ſua gra
uitate trahūt hominem deorſum· Notā=
dū ꝙ felix eſt qui ſpeculat̄ fontem boni &
qui contemnit delectatōnes terrenas· Vñ
in libro de pomo & morte Areſtotilis ſcri
bit̄· Beata eſt anima q̄ non eſt infecta pra
uis operibꝰ hui⁹ mūdi & intellexit ſuū cre=
atorē ip̄a eſt que reuertet̄ in locū ſuū ī de=
licijs magnis· ve aūt anime que non habet
poſſe redeūdi ad p̄riam ſuā ꝛ pia eñ opera
& delectationes corporales impediūt aſſen=
ſum ei⁹ ſurſum :·

Quōdam funera cōiugis vates· Hic oñdit
quid impediat cōtemplationē diuinoꝝ quia
affect⁹ terrenoꝝ qđ declarat ꝑ quādā fa=
bulā que talis eſt· Orphe⁹ filius Caliope
fuit citharista qui tanta dulcedine citha=
re reſonabat ꝙ non tm̄ homines· ſed etiaꝫ
prata allexit & in tm̄ ea demulſit ꝙ impe=
tus ſuos naturales dimitebāt ſiluas curre
re flumina ſtare fecit ·hic habuit vxorem
dictā Euridicen quā cū paſtor Ariſte⁹ ad
amare vellet ip̄a fugiēs ꝑ prata calcato q̄
dā ſerpēte interijt & ad inferos deſcendit
quā Orphe⁹ volēs ab inferis reducere de=
os ſupnos ſua cithara placare cepit · ſed
cū nō pficeret ad infernū deſcēdit & in tā
tū deos infernales deliniuit ꝙ ꝯceſſa eſt ei
vxor tali ꝯditione anteq̄ exiret infernum
non flecteret retro aſpectū vxorem reſpi=
ciendo · cū aūt iā ꝓpe exiuiſſet Orphe⁹ a=
more allect⁹ retroſpexit & ſic vxorem ꝑ=
didit· Circa iſtam fabulā ſic procedit· Pri
mo oñdit quomō Orphe⁹ ad inferos deſcē
dēs pro vxore rogauit· Secūdo quomodo
monſtra inferna placauit · Tercio oſtēdit
quomodo vxor ei conceſſa fuit & eā ꝑdidit
Secūda ibi Stupet· Tercia ibi Tandē· Di
cit primo vates trahicius ·i· Orpheus de
trahicia prouincia oriundus · dictus va=
tes ·i· ſapiens a multis ille quondam ge=
mēs ·i· deplorās funera ·i· mortem ꝯiugis
poſtq̄ coegerat amnes ·i· fluuios ſtare ſil=
uas currere mobiles poſt ip̄m flebilibꝰ mo
dis ·i· modulationibꝰ cithare quas flendo
formauit & poſtq̄ cerua iunxit in trepi=
dum lat⁹ ſeuis leonibꝰ quia cerua cū leo=
nibꝰ incedebat ſequēdo modulationē Or=
phei · nec lepus timuit canē viſum iā pla=
cidū ·i· placatū cantu ·i· ſono cithare quia
lepus & canis ſimul ſequebant̄ ip̄m · Cū
aūt feruor ·i· amor flagrātior ·i· ardentior
vreret intima ·i· interiora pectoris Orphei
& cū modi ·i· modulatōes qui cūcta ſube=
gerāt ·i· ſubiicerāt non mulcerent ·i· non
placerēt dn̄m ſcꝫ Orpheū ip̄e querens ſu=
peros ·i· deos inmites quia placari non po=
terat adijt domos infernales illic tempe=
rās blāda carmina ſonantibꝰ cordis ip̄e de=
flet ·i· flebilit̄ decantat in cithera quicquid
hauſerat ex precipuis fontibꝰ mr̄is ſcꝫ dee
caliope & ip̄e deflet qđ luct⁹ impotēs qui
facit hominē impotentem ſibi dabat ·i· ꝯ=
ceſſit & deflet illud qđ dabat ſibi amor gē
minans luctū quō mouens trenera ·i· in=
ferna & rogat dn̄os vmbraꝝ ·i· deos iferna
les dulci p̄ce veniā ·i· relaxatōꝫ ſue vxoris
Nota ſm̄ Areſtotilē ſecundo methaphi
ſice & cōmentatorē tercio celi & mundi nō
omnes accipiūt veritatē ꝑ eūdē modum tū
ꝓpter diuerſam conſuetudinē cū ꝓpt̄ diuer
ſam naturam tum ꝓpter paucitatem in=
ſtructionis in logica · Vñ quidā recipiūt
veritatē ꝑ modū demonſtrationis · quidā

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

ꝑ modū autoritatū · quidā ꝑ modū fabu-
laꝝ · vt ergo phīa talibꝰ ſatiſfaciat aliqñ
demonſtrationibꝰ · aliqñ autoritatibꝰ vtitᷣ
aliqndo fabulas interſerit ſicut in ꝓpoſito
Notandū ꝙ Orpheꝰ dicitᷣ vates quia ca-
riā compoſuit · dicitᷣ aūt vates a vi mentis
vel a video ¶ Notandū ꝙ trenera dicuntᷣ
quaſi lamentabilia a trenus treni quod eſt
lamentatio · Et trenarus in ſingulari eſt
nomen cuiuſdam montis in quo dicitᷣ eſſe
via ad infernū · ī plurali trenera ſignificat
loca infernalia ſicut dicit Huguicio · Cō-
munitᷣ aūt inuenitᷣ hoc nomen ſcriptū ſine
r in prima ſyllaba dicitᷣ tenera vel tenerus
ſicut in doctrinali tenerus infernus · tamē
huguicio ſcribit tm̄ ꝑ r vt trenerꝰ & tre-
nera · vnde forſan ex vicio ſcriptoꝝ qñdoqꝫ
ſubtrahitᷣ r : ·
Stupet tergeminus nouo : · Hic oſtendit
quomodo Orpheꝰ mōſtra inferni placauit
dicens · Janitor inferni qui dicitᷣ cerberus
qſi vorator carmiū ille tergeminꝰ · i · habēs
tria capita canina captus fuit nouo carmi-
ne · i · melodia pius inaudita & ſtupet · i · ad-
miratᷣ · Tūc oſtendit quomodo alia mon-
ſtra placauerit dicens ꝙ tres furie inferna-
les Theſiphone Alecto Mergera que ſunt
vltrices ſceleꝝ inferētes metū peccatoribꝰ
iſte lacrimabantᷣ ꝓptᷣ dulcedinē cithare ·
vñ dicit · Dee · i · furie tres vltrices ſcelerū
· i · peccatoꝝ q̄ dee agitant · i · vexant ſon-
tes · i · peccatores metu · i · timore iſte iam
meſte madent · i · fluunt lacrimis · Tūc tā-
git remiſſionē pene quorūdā in inferno · &
primo Xionis ¶ Vbi ſciendum ꝙ Xion
voluit cōcumbere cū Junone · cū aūt Juno
interponeret nubem Xion proiecit ſemen
ī nubē ex quo nati ſunt centauri · ipſe aūt
adiudicatꝰ inferno cōtinue voluitᷣ in rota
que rota ſtetit Orpheo modulante · Vnde
dicit · Velox rota nō pcipitat · i · nō deicit
caput xionū · i · Xionis ſupple Orpheo ca-
nente · Tūc tangit remiſſionē pene tantuli
Vbi ſciendum ꝙ Tantulꝰ dicitᷣ laceraſſe
ꝓpriū filiū dans eū dyꝭ ad comededū ꝑ q̄
damnatꝰ fuit · dicitᷣ aūt in inferno habere
aquā vſqꝫ ad mentū & poma pendentia añ
os & tamen deficere ſiti & fame cum enim
vult ſumere aquā vel pomū fugiunt ab eo
iſte Tantalꝰ ſpreuit flumina Orpheo ca-
nente · vñ dicit · Tantalꝰ ꝑditꝰ · i · ꝯſump-
tus longa · i · magna ſiti ſpernit flumina ·
Tūc oſtendit remiſſionē pene Tycy · Vñ
ſciendū ꝙ Tycius voluit concūbere cum
Lacona matre Appollinis quē Appollo in-
terfecit & in infernū relegauit cuius iecur
vultur deuorat · Orpheo aūt canente vultᷣ
ceſſauit laniare iecur eius · vñ dicit · Dum
vultur eſt ſatur medis · i · modulationibus
Orphei nō traxit · i · nō laniauit iecur tycy
Tandem vincimur arbiter : · Hic oſtēdit
quomodo Orpheo vxor ſua cōceſſa fuit &
quomodo eā ꝑdidit dicens · Tandē arbitᷣ
· i · iudex vmbraꝝ iſte miſerans · i · miſeri-
cordiā habens ait nos vincimur donamus
· i · reſtituamus viro ſcꝫ Orpheo comitem
coniugem emptam · i · comparatam carmi-
ne ſuo · ſed lex · i · condicio coherceat iſta
dona ne fas ſit ſibi deducēti vxorē flecte-
re lumina · i · oculos reſpiciendo vxorē dū
liquerit · i · reliquerit tartara · Et tūc excla-
mat dicens · Quis dat · i · imponit legē amā-
tibꝰ · quaſi dicat · amor nō debeat cohercerī
lege quia amor maior lex eſt ſibi · i · amor
maior eſt lege · Et ſubdit · Heu ꝓpe termi-
nos noctis · i · inferni Orpheus Euridicen
vxorem ſuam vidit reſpiciendo a tergo eā
ꝑdidit ab inferis non deducendo · occidit ī
inferno eā relinquendo ¶ Notādū ꝙ apud
inferos arbiter · i · iudex vmbraꝝ dicitᷣ eſſe
radamātus qui cogit animas ad fatendum
peccata cōmiſſa & vnicuiqꝫ ſcḋm merita ſua
penam diſtribuit · Jſte adamantus dixit
donemus viro coniugem ¶ Notandum ꝙ
amor non poteſt lege cohercerī · nā ex in-
cenſo amore hō ſeptus tranſgreditᷣ legem
& amor fortior eſt ad aliquid implendum
ꝙ̄ lex ad cohercendū ideo dicit · quis legē
dat amantibꝰ maior lex eſt ſibi · qſi dicat ·
ꝓpter quid lex datᷣ amantibꝰ cū ꝑ ſe dura
lex ſit amare : ·
Vos hec fabula reſpicit : · Hic phīa appli-
cando fabulam ad ꝓpoſitū hortatᷣ nos vi-
tare impedimētū contemplationis ſummi

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

boni · & dicit · O homines quicūq̄ queritis
· i · vultis ducere mentē · i · mentis cōtem=
plationē in ſuperū diē · i · in ſupernā clari=
tatē · hec fabula iā dicta reſpicit vos quia
ad veſtram informationem inducta · Nā
qui victus affectu terrenoꝝ flexerit lu=
mina · i · oculos rationis & intellectus in
tartariū ſpec9 · i · ī terrena que ducūt ad t̄
renā pfunditatē · Quicquid precipuū · i ·
bonū trahit laborādo illud pdit dū vidit ī=
feros · i · dū intendit terrenis & tempalibꝫ
que ſunt infima ¶ Nota ꝙ cōcupiſcētia &
affectus terrenoꝝ impedit cōtemplationē
ſummi boni · vnde Boecius in tractatu de
ſummo bono dicit · Inordinata cōcupiſcē=
tia multos impedit a ſummo bono quoſdā
enī pigriciā ſequi videmus · Quoſdam enī
delectationes ſenſuales · Quoſdam enim
deſideria auri & argenti · exceptis paucis
viris honorādis phis qui cōtēpnūt ſenſus
deſideria & ſequunt̄ deſideria intellectus ·
& prope finē eiuſdē tractatus dicit · Phus
maxime delectat̄ ī primo principio in cō=
tēplatione ſue bonitatis & hec ſola ē recta
delectatio · hec enim ē vita phoꝝ ſine qua
nemo viuit vita recta · Et ſubdit · Philo=
ſophum autem voco omnem hominem vi=
uentem ordine nature tendens in alta &
finiens vitam acquirit vltimum finem &
optimū vite humane qui ē deus glorioſus
benedictus in ſecula ſeculoꝝ Amen: ·

¶ Explicit liber tercius
de conſolatione phie

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

## Incipit quartus liber

### Proſa prima

Hec cũ phia dignitate vultus : Hic
incipit quart⁹ liber de cõſolatione
philoſophie cuius hec ē ꝓſa prima
in quo libro philoſophia aſſignat cauſas
quare mala concedantur in regno dei cum
omniũ reꝝ rector bon⁹ exiſtat ſcꝫ deus &
probat bonos ſemꝑ eſſe potentes & malos
impotentes · & ſicut vitia nunq̃ ſunt ſine
pena ita virtutes nũquã ſunt ſine premio ·
Probat etiã ꝙ omnis fortuna tam ꝓſpera
q̃ aduerſa bonis eſt ad ꝑfectũ · malis aũt
ad interitũ · Etiã ꝓbat ꝙ omnia q̃ fiunt a
deo recte fiunt & alia plura ſicut patebit ·
Et diuidit̃ ille liber in · xiiii · partes quia
ſeptem ſunt proſe & ſeptem metra huius
quarti de quibꝰ patebit in ꝓceſſu · Primo
ergo oſtendit Boetius quomodo intentio-
nẽ philoſophie adhuc parãtis plura dicere
interrupit ꝓponendo cauſas ſui doloris ·
Secundo philoſophia promittit ſibi per-
fectam curam · Tertio dat modum curãdi
ipſum · ſecunda ibi Tum illa & eſſet · ter-
tia ibi Et quoniam · Et quarto proſequit̃
intentionem ipſum curando in ſequenti ꝓſa
ibi Tum ego · Primo oſtendit quomodo
interrupit intentionem philoſophie volen-
tis plura loqui · Secundo ꝓbat cauſas ſui
doloris · ſecunda ibi Sed ea ipſa ē · Pri-
mo dicit · Cum philoſophia cecinißet id eſt
decãtaſſet hec ſcꝫ predicta ſeruata leniter
id eſt delectabiliter & ſuauiter id eſt dul-
citer obſeruata dignitate id eſt reuerẽtia
vultus ſcꝫ ſui & grauitate oris id eſt ſer-
monis ſuple ſui · Tum id eſt poſt hoc ego
ſcꝫ Boetius nõ dum id eſt non adhuc ob-
litus id eſt immemor penitus id eſt omni-
no inſiti meroris id eſt intrinſeci doloris
ego Boetius abrupi id eſt interrupi in-
tentionem id eſt propoſitum philoſophie
parantis id eſt intendentis dicere adhuc
aliquid · Et inquam id eſt dixi o preuia id
eſt preambula veri luminis id eſt perfecte
cognitionis ſcꝫ illa que tua oratio id ē tu-
us ſermo fudit id eſt locutus eſt huc vſq̃
id eſt ad iſtum librum quartũ patuerunt
id eſt manifeſta fuerunt inuicta id eſt in-
ſolubilia · Tum id eſt aliquando diuina
ſpeculatione id eſt ſancta contemplatione
tum id eſt aliquando ſui ſcilicet ipſius tum
id eſt aliquando tuis rationibꝰ id eſt demõ-
ſtrationibꝰ · Et ea id eſt illa predicta & ſi
pro quãuis oblita mihi nuper id eſt aliqñ
determinationem ob dolorem iniurie ſuple
quam perpeſſus ſum a Theodorico rege
gottoꝝ non tamen dixiſti prorſus id eſt
omnino hec ſcꝫ predicta ignorata id eſt
ignota hactenus id eſt huc vſq̃ Nota
ꝙ dignitas eſt alicuius honeſta & impe-
rioſa autoritas · dicitur autem philoſophia
habere dignitatem vultus propter ſui ho-
honeſtatem · quia ſecundum Tuliũ ſola ſa-
pientia eſt que meret̃ honores · & propter
ſui autoritatem que digna eſt imitatione ·
Etiam philoſophia dicitur eſſe grauis ore
id eſt ſtabili ſermone · quia ſermones phi-
loſophici firmitate rationum ſunt ſtabiliti ·
Nota cũ philoſophia oſtendiſſet quid
ſit ſummũ bonũ & ĩ quo ſitũ ſit · & feciſſet
exhortationẽ ad illud querendũ intendebat
oſtendere modũ quo ad illud ꝑuenit̃ · ſed
anteq̃ expleret illam intentionẽ Boetius
velut auidus ad ſciẽdũ quedã quoꝝ igno-
rantia detinebat ipſum ĩ merore ĩterrupit
intentionẽ philoſophie volentis plura di-
cere Nota ꝙ philoſophia dicit̃ preuia
veri luminis · quia ipſa clarificat animã &
trahit eã ab obſcuritate ignorantie ad lucẽ
ſapientie & ad claritatẽ intellect⁹ · ex libro
de pomo Ariſtotilis · Vel ideo dicit̃ p̃uia
veri luminis quia ꝑ ipſã tanq̃ ꝑ uiã homo
peruenit ad cognitionẽ veri luminis quod
eſt deus · quia ſcribit̃ in libro de pomo ꝙ
per philoſophiã homo cognoſcit ſuũ crea-
torem qui de nihilo fecit omnia qui eſt in-
ceptor õmiũ inceptoꝝ · & õmiũ principioꝝ
principium · Et ibidẽ ſcribit̃ · oportuit ut
philoſophia mitteretur ad inſtruendũ ig-
norantes & eos qui non cognouerũt ſuum
creatorem · Sequit̃ textus :

Sed ea ipſa eſt vel maxima : Hic Boetius
ꝓponit cauſas ſui meroris dicens · Sed ea
ipſa ē cauſa noſtri meroris & maxima cauſa

ꝙ cum rector rerū ſcꝫ deus bonus exiſtat
vel eſſe mala omnino poſſint vel pretereāt
impunita qđ ſaltem ſi nullū aliud inconue-
niens ſequeretᷣ conſidera quanta ſit dignū
admiratione autem ꝑ ſed huic adiungitur
id eſt additᷣ aliud ſcꝫ magis ad mirandum.
Nam pro quia imperante id eſt precipiēte
& florente id eſt vigente nequitia id ē ne-
quitioſis hominibꝰ virtus id eſt homo vir-
tuoſus non ſolum id eſt non tantum caret
premijs verū etiā ipſa virtus ſubiecta id ē
ſubdita calcatᷣ pedibꝰ id eſt potentijs ſce-
leratoꝝ id eſt maloꝝ & ipſa virtus luit id
eſt patitᷣ ſupplicia id eſt penas in locū fa-
cinoꝝ id eſt vitioſoꝝ loco que ſcꝫ predicta
fieri id eſt permitti in regno id eſt ī mūdo
ſcientis omnia ſcꝫ dei & potētis omnia ſed
volentis & intendentis tantummodo bona
nemo ſatis nec āmirari nec cōqueri poteſt
id ē querimoniā facere ¶ Nota ꝙ mala fiūt
in mundo patet quia ratio ſemper depcatᷣ
ad bonum. Cum ergo mali non regantur
iuditio recte rationis ſed vincātᷣ paſſionibꝰ
ire & concupiſcentie ideo deficiunt a bono.
Item ſuperhabundātia & defectus ſunt de
genere maloꝝ cum virtus cōſiſtat in me-
dio. cum igitᷣ in pluribꝰ ſit ſuperhabūdātia
& defectus patet ꝙ mala fiunt in mundo.
Cum autem omnia dependerant a deo celū
& tota natura & deus eſſentialiter ſit bonꝰ
mirabile eſt quomodo mala eſſe poſſunt vel
ſaltem permaneant impunita ¶ Nota ꝙ
quia boni attingunt finem omnium rerum
ſcꝫ ſummū bonum ideo ſunt potētes. mali
aūt quia hoc ipſum attingere non poſſunt
ſunt impotentes. Et quia Boetius in pri-
mo libro ſexta pſa dixit ſe ignorare quis
ſit finis omnium rerū ideo putabat bonos
eſſe impotentes malos aūt potentes. & de
hoc Boetius āmiratᷣ vt patet in littera &
iſta eſt vna cauſa ſui doloris:·
Tum illa & eſſet inquit:· Hic philoſophia
promittit Boetio perfectam curam que cō-
ſiſtit in pertractione huius materie dicēs.
o Boeci & eſſet infiniti ſtuporis id eſt am-
mirationis & eſſet horribilius omnibꝰ mō-
ſtris id eſt deformitatibꝰ ſi in diſpoſitiſſi-
ma id ē in ordinatiſſima domo ſcꝫ in mūdo
tanti patriſfamilias ſcꝫ dei ſi ibi colerentᷣ
id eſt honorentᷣ vilia vaſa id eſt mali ho-
mines & ſi pretioſa vaſa id eſt boni hoīes
ſordeſcerent id eſt vileſcerent ſicut tu eſti-
mas. Sed nō eſt ita. nā ſi ea que paulo
ante concluſa ſunt ſeruantᷣ inconuulſa id
eſt integra in ſui veritate tu autore id eſt
doctore ipſo deo de cuius regno nunc lo-
quimur cognoſcis ſemꝑ bonos eſſe potētes
malos vero impotentes nec vnq̄ vitia eſſe
ſine pena. nec ſine premijs eſſe virtutes &
cognoſces bonis ſemper contingere felitia
& malis infortunata & cognoſces multa
id genus id eſt huius generis que corro-
borēt te firma ſoliditate cōtra aduerſitatē
fortune querelis tuis ſopitis id eſt remotis
¶ Notandum ſicut poſtea patebit omnia
que fiunt recte fiunt a deo. Cū igitᷣ ordo
iuſtitie requirat vitia puniri virtutes re-
munerari. ſi mali manerēt impuniti & bo-
ni irremunerati & ſic ꝑuerſus ordo ī domo
dei ſcꝫ in mundo quod eſt horribilius om-
nibus monſtris:·
Et quomā vere formam:· Hic philoſophia
dat modum curādi ipſum Boetium dicēs.
Quoniam dudum ſcꝫ in tertio libro vidiſti
formam vere beatitudinis me monſtrante
id eſt docente omnibꝰ decurſis id eſt per-
tranſitis que puto neceſſarium pretermit-
tere oſtendam tibi viam que te reuehat id
eſt reducat domum id eſt ad cognitionem
vere beatitudinis & ego affigam id ē ap-
ponā tue menti pennas id eſt rationes quibꝰ
mens poſſit ſe tollere in altum vt depulſa
perturbatione contingente tibi ex affectu
bonoꝝ temporalium reuertaris ſoſpes in
patriam meo ductu mea ſemita meis ve-
hiculis ¶ Nota ꝙ per pennas quas phīa
premittit affigere mēti Boetij intelligitᷣ
ſpeculatio rationis & intellectus virtus &
ſapientia. Sicut enī auis volando in altū
deducitᷣ auxilio pennarum. ſic mens hu-
mana ſpeculatione rationis & intellectus
virtute & ſapiētia erigitur in contempla-
tionem ſummi boni.

### ¶ Metrum primum

Sunt etenim pēne:. Iſtud eſt primū metrū huius quarti cuius prim⁹ vſus dicit̃ metrū alemanicū ab inuentore dactilicum a pede predominante. ſecundus verſus dicit̃ metrū archiloycū ab inuentore iambicū a pede predominate in quo metro philoſophia oſtendit viam per quam peruenit̃ ad cognitionem ſummi boni & eſt per conſiderationem creaturarū que gradatim ſunt tranſcendende quo vſq inueniat̃ aliquid ꝙ premineat omni creature & iſtam viam tradit ſub ſimilitudine auis volantis. primo ergo tradit viā qua mēs perueniat ad cognitionē ſummi boni. ſecundo oſtendit quid mens iudicabit cū illic peruenerit. ſecunda ibi Huc te. Primo dicit dixi ꝙ affigam pennas mēti tue. Sunt etenim mihi penne volucres id eſt veloces ſcꝫ virtus & ſapiētia que cōſcēdūt id eſt penetrant celſa id eſt alta poli. Quas pennas cum mens velox ſibi induit id eſt aſſumit ipſa peroſa id eſt odio habens terras deſpicit eas querendo vlterius creatorem & mens ſuperat globum id eſt ſpericū corpus immēſi aeris cognoſcendo ꝙ vltra aerem eſt creator. Nubes videt poſt tergū quia vltra nubes querit cognitionē ſummi boni & tranſcendit verticem id eſt ſummitatem ignis qui ignis calet ex agili id eſt veloci motu etheris id eſt celi & vlterius procedit mens inueſtigando donec ſurgat id eſt eleuet̃ in domos aſtriferas id eſt in orbem planetarum. & cōiungat vias ſuas phebo id eſt ſoli inueſtigando ꝙ ſol non ē deus donec comitet̃ iter gelidi ſenis id eſt ſaturni qui eſt ſupra ſolem. mens inquam exiſtēs miles choruſci ſideris id eſt dei qui eſt ſplendidum ſydus & vlterius aſcendit ſupra orbes planetarum donec percurrat id eſt pertranſeat circulum aſtri id eſt celū ſtellatum quo ſcꝫ aſtro pingit̃ id ē ornat̃ micās nox quia nox ſtellis firmamēti illuminat̃ vbi id eſt poſtquam ſatis fuerit exhauſtum id eſt ſpeculatione euacuatum ꝙ nulla ſtellarum eſt deus. mens vlterius tranſcendit donec relinquat extimum polū id eſt vltimum celum & premat dorſa velocis etheris id eſt firmamenti mens dico compos reuerendi luminis ſcꝫ dei. Hic ſupra vltimum polum dominus regum tenet ſceptrum id ē imperium & tempat id eſt moderat̃ habenas id eſt regimina orbis & manens ſtabilis in ſe regit volucrem id ē velocem currum id eſt circularem motum corporum celeſtium deus exiſtēs choruſc⁹ arbiter id eſt ſplendidus iudex rerum.

¶ Notandum ꝙ dicit ignem calere motu celi. ex quo videt̃ ꝙ calor non ſit propria & per ſe qualitas ignis cum ſibi debeatur per motum celi. ſed dicendum ꝙ locus nō ſolum eſt cauſa cōſeruatiua locati ſed omnium accidentium naturaliter conſequentium. vnde quia celum eſt locus ignis nō ſolum eſt cauſa ipſius ignis. ſed etiā ipſi⁹ caloris ignem conſequentis & quia ꝓpria diſpoſitio celi ſecundum quam habet caliditatem ſuper omnia eſt motus eius. ideo dicit ignem calere motu celi non excludēs per hoc quin calor ſit per ſe qualitas ignis

¶ Notandū ꝙ ſaturnū vocat gelidū ſenē non ꝙ ſit gelidus formaliter ſed effectiue Eſt enī effectiuus gelu & frigoris. & dicit̃ ſenex quia motus eius tardus eſt ad modum ſenis. nam curſum ſuum cōplet pluri tempore ꝙ̃ ſol vel ꝙ̃ luna:.

Huc te ſi reducem:. Hic oſtendit philoſophia quid mens iudicabit cum tranſcēdit creaturas & peruenit in cognitionem dei dicens. o mens ſi via ducat te reducem id eſt reuertentem a temporalibꝫ huc id eſt ad cognitionem dei. Quam viam nunc immemor requiris. Tunc dices. Ego memini que obnubilata fui affectu temporalium hic ſcꝫ in contemplatione dei ē mihi patria hinc ſcꝫ a deo eſt ortus meus quia ad eius imaginē creata hic ſum id ē in contemplatione dei figam gradum id ē ponā finalem quietem. Quod ſi placeat tibi exiſtenti in cognitione dei viſere id eſt cum deſiderio videre noctem terrarum relictā tu cernes id eſt videbis toruos tirannos id eſt crudeles principes quos miſeri populi timent illos toruos eſſe exules a vera patria ſua ¶ Notandum ſecundum apoſtolū

Non habemus hic manētem patriam ſed futuram inquirimus. hec enim eſt vera patria a qua anima rationalis per creationē a deo exiuit ad quam niſi reuertatur eſſe quod a deo accepit affectione terrenorum deturpata prorſus amittit propter quod dixit in ſecundo metro tertij libri. Repetunt proprios queque recurſus. Reddituqꝫ ſuo ſingula gaudent. Nec manet vlli traditus ordo. Niſi quod fini iunxerit ortū Stabilemqꝫ ſui fecerit orbem:.

Proſa ſecunda

Tum ego pape inquam:. Hic incipit ſecūda proſa huius quarti. Circa quā eſt ſciendum ꝙ philoſophia in primo libro ſexta proſa inueſtigādo cauſam & radicem infirmitatis Boetij cognouit ꝙ Boetius ex ignorantia finis rerum malos homines potentes bonos vero impotentes putabat. Item quia ignorabat quibꝰ gubernaculis mundus regat᷑ fortuitarum vices eſtimabat fluitare ſine rectore quia vero philoſophia iā oſtēdit quis ſit finis rerum a quibꝰ gubernaculis mundus regat᷑. Nunc philoſophia vult adhibere Boetio perfectam curam remouendo dolores in quos Boetius incidit ex ignorantia premiſſarum. Et primo philoſophia hoc petit & philoſophia ſecundo illud proſequitur ibi. Primum igit᷑. dicit primo. Tum igit᷑ ſcꝫ finito ſermone phie Ego Boetius inquam pape eſt interiectio ammirantis o philoſophia tu magna promittis nec dubito quin poſſis efficere id ē ad effectum producere tu modo ne moreris id eſt non protrahas me quem excitaueris ad audiendum Notandum ꝙ ſapiens nihil promittit quod adimplere non poſſit quia opus ſapientis eſt non mētiri. Ergo dicit Boetius philoſophie. Sicut magna promittis nō dubito quin efficere poſſis:.

Primum igit᷑ inquit:. Hic philoſophia proſequit᷑ intentum. & primo probat bonos ſemper eſſe potentes & malos impotētes cuius oppoſitum putabat Boetius & tangit primo modum per quem vult hoc oſtendere. ſecundo oſtendit & probat intentum ſuum rationibꝰ ibi Duo ſunt. Primo dicit o boeci primū licebit vt agnoſcas bonis ſemper adeſſe potentiā & malos eſſe deſertos id eſt priuatos cunctis viribus quoꝝ alterum ſcꝫ bonis ſemper adeſſe potentiam demonſtrat᷑ ex altero ſcꝫ ex hoc quod mali ſunt viribus deſerti. & huius cauſam ſubdit dicens. nam cum bonum & malum ſint contraria ſi bonū eſſe potēs conſtiterit liquet id eſt manifeſtum fuerit imbecillitas id eſt impotētia mali & ſi fragilitas clareſcat mali. firmitas boni nota eſt. Sed vt habundantior ſit fides noſtre ſententie alterutro calle id eſt vtraqꝫ via procedam confirmans propoſita. nūc hinc ſcꝫ ex infirmitate boni. nunc inde ex fragilitate mali Notandum ꝙ philoſophia dictum ſuum ꝙ ſi boni ſunt potentes mali ſunt impotentes. fundat ſuper conſiderationem topicam ſi propoſitum in propoſito & oppoſitum in oppoſito vt ſi ſanitas eſt bona egritudo eſt mala dicit ꝙ velit procedere vtraqꝫ via. ex potentia boꝝ probando impotentiam maloꝝ & ex impotētia maloꝝ potentia bonoꝝ quia ſi tantū vnū iſtoꝝ probaret & ex hoc reliquum concluderet per locū a contrarijs eſſet argumentum veriſimile & non neceſſarium. & ideo vtranqꝫ partem vult probare & ex vtroqꝫ reliquum concludere:.

Duo ſunt quibꝰ omnis:. Hic philoſophia probat intentum rationibꝰ. ſecūdo excludit quādam dubitationem ibi Sed poſſunt tertio confirmat principale intentum autoritate Platonis ibi Ex quibꝰ omnibus. Primo probat bonos ſemper eſſe potētes. & malos impotentes duabꝰ rationibꝰ. ſecūdo ad iedm oſtendendū coaceruat breues rationes ibi Sed quoniā te. Prima in duo ſecundum duas rationes. ſecunda ibi Rurſus inquit. Primo premittit duo neceſſaria ad primam rationem. ſecundo ex his arguit ibi Omnes igit᷑ homines. primo p̄mittit vnū neceſſariū. ſcd̄o aliud ibi Meminiſti ne. Primo dicit Duo ſunt principia quibꝰ conſtat id eſt permanet

omnis effectus humanoꝝ actuum ſcilicet voluntas & poteſtas quoꝝ ſi alterum deſit nihil eſt quod queat effectus explicari id eſt fieri quod declarat deſitiēte eñi voluntate nullus effectus producit̃ quia nullus agredit̃ quod non vult & ſi poteſtas abſit voluntas fruſtra ſit · quo fit id eſt ex quo ſequit̃ vt ſi videas aliquem velle adipiſci quod minime adipiſcit̃ non poteſt dubitare huic defuiſſe valentiam id eſt potētiā obtinēdi quod voluerit · & ideo dicit Boetius perſpicuum eſt nec vllo modo dubitari poteſt · & ſubdit philoſophia · Quem vero videas effeciſſe quod voluerit non dubitabis eum non potuiſſe id eſt nō habuiſſe potentiam · Et dicit Boetius · Minime · Tunc philoſophia concludit tanq̄ manifeſtum ex dictis dicēs · Illud quod quiſq̄ poteſt in eo eſt validus id eſt potēs quod vero non poteſt in eo eſt cenſendus id eſt iudicandus imbecillis id eſt impotens · & dicit Boetius · Fateor inquam Notādū ꝙ philoſophia dicit nullus agredit̃ quod non vult · Contra · Aliquis nolens interficit hominem vel ledit hominem · ergo aliquis agredit̃ quod nō vult · Item aliquis cogit̃ facere aliquid contra voluntatē ſuā & ſic agredit̃ quod non vult · dicendum ꝙ philoſophia loquit̃ hic de effectu ſpontaneo qui ex intentione procedit nō de eo qui caſu contingit · Vnde dicendum ad primum ꝙ voluntas poteſt comparari vel ad ipſam actionem quam aliquis primo agredit̃ & ſic non deficit voluntas · vel poteſt comparari ad conſequens illā actionem & ſic poteſt deficere volūtas vt ſi aliquis nolens hominem interficit · Ad ſcd̄m dicendum · Illud quod quis coactus facit eſt voluntarium mixtum tamen ſimplicit̃ eſt inuoluntarium · Aliquis enim coactus magis vult hoc facere q̄ ſuſtinere penam vel perdere vitam & ita reſpectu talis effectus non deeſt voluntas ſed quātum ad actum interiorem voluntas ſemper libera eſt & cogi nō poteſt :·

Meminiſti ne igit̃ inquit :· Hic philoſophia premittit ſecundum vtile ad rationē & eſt reſumptio quorundam prius dictorū dicens · Meminiſti ne eſſe collectum id eſt concluſum ſuperioribꝰ rationibꝰ omnem īntentionem humane voluntatis feſtinare id eſt tendere ad beatitudinem que voluntas agitur id eſt ducit̃ diuerſis ſtudijs · Reſpondet Boetius · memini inquā illud eſſe demonſtratum · Item querit philoſophia · nunquid recordaris beatitudinem eſſe ipſum bonū & eo modo deſiderari bonum ab omnibꝰ cum beatitudo petit̃ id ē deſideratur · Reſpondit Boetius · minime recordor quia illud fixum teneo memorie Notandū ꝙ recordari eſt aliquid reducere ad memoriam quod per obliuionem ē lapſum a memoria & quia beatitudinem eē ipſum ſummum bonū non exciderat a mēte Boetij ſed ſemper remanebat in habitu ideo dicit ſe nō recordari de hoc ſed in memoria tanq̄ fixum tenere :·

Omnes igit̃ homines :· Hic philoſophia arguit ex dictis probās bonos eſſe potētes & malos impotentes · tali ration · quicūq̄ adipiſcunt̃ qđ volūt ſunt potentes · & qui non adipiſcunt̃ qđ volūt ſunt impotentes ex primo preambulo · ſed boni adipiſcunt̃ quod volūt ſcʒ ſummum bonum · mali licet velint non adipiſcuntur ipſum · quia ſi mali adipiſcerentur ſummum bonum non eſſent mali · ergo boni ſunt potentes · mali impotentes · vnde dicit in littera omnes homines boni · & mali nitunt̃ peruenire ad bonū indiſcreta intentione id eſt indiuiſa intentione · dicit Boetius · Ita conſequens eſt ad dicta · Subdit philoſophia certum eſt bonos fieri adeptione boni · certū eſt dicit Boetius · Igit̃ concludit philoſophia · boni adipiſcunt̃ quod appetunt id eſt volūt · dicit Boetius · ſic videt̃ · ſi mali adipiſcerentur bonū qđ appetunt non poſſent eſſe mali · ita eſt dicit Boetius · Igit̃ concludit philoſophia · Cum vterq̄ petant bonū ſed hij ſcʒ boni illud adipiſcāt̃ · illi vero mali minime · non eſt dubium bonos eſſe potentes · qui vero mali ſunt imbecilles id eſt impotentes · Reſpondit Boetius · Quicunq̄ dubitat de hoc non poteſt cōſiderare

naturam rerum nec cōſequentiam rationū ¶Notandum ꝙ quia veritas ꝓpoſitionū fundatur ſuper naturam rerum qui negat veritatem propoſitionum nō poteſt cōſiderare naturam rerum. ſimiliter negans veritatem propoſitionum non poteſt conſiderare cōſequētiā rationū. quia conſequentia rationū ſupra veritatē ꝓpoſitionū fundatꝰ. Ideo dicit Boetius. Qui dubitat de pmiſſis non poteſt conſiderare naturam rerum nec conſequentiam rationum:.

Rurſus inquit:. Hic philoſophia ponit ſecundā rationē dicens. Si ſint duo quibꝰ ſit idem propoſitum. i. eadē intentio faciendi aliquid ſecūdum naturā & vnus eorꝫ agat idipſum & perficiat ipſum naturali officio. i. naturali organo. alter vero minime queat adminiſtrare. i. adimplere illud officium ſed alio modo ꝙ̄ nature conueniat nō impleat propoſitum ſed imitetꝰ implentem quem hoꝝ duoꝝ decernis. i. iudicas eſſe valentiorem. i. potentiorem. dicit Boetius. Et ſi pro quamuis coniecto. i. cōſiderem quid velis tamē ego deſidero plenius audire de te. Tunc philoſophia declarat ſibi in exemplum dicens. Non negas motum ambulandi hominibꝰ ineſſe per naturam. dicit Boetius. Minime nego. Et philoſophia etiā non dubitas eius rei. i. actus ambulandi eſſe officium naturale pedum. dicit Boetius. Nec hoc dubito. & philoſophia. Siquis igitꝰ ambulet valēs incedere pedibꝰ. Alius aūt cui hoc officium deſit manibꝰ nitens. i. laborans ambulare conetꝰ quis hoꝝ poteſt eſtimari valentior. dicit Boetius contexe cetera quaſi diceret ꝓcede in ratione tua quia nullus ambigit quin potens naturalis officij ſit valentior eo qui non poteſt in idem officium. Tunc philoſophia. Iſti propoſitioni premiſſe tanquā maiori adiungit vnam minorem dicens. Sed ſummum bonum quod eque bonis & malis eſt propoſitum boni quidē petunt. i. adipiſcuntꝰ officio naturali ſcꝫ virtute. mali vero conantꝰ adipiſci idipm̄ per variam cupiditatem rerum temporalium quod non eſt officium naturale adipiſcendi boni. An tu o Boeci eſtimas alitꝰ Cui Boetius. Minime inquam. & Boetius quaſi precurrendo cōcludit principale intentum dicens. Nam etiā illud quod eſt conſequens patet mihi. Ex his enim que conceſſerim neceſſe eſt bonos eſſe potentes malos vero imbecilles. & philoſophia applaudēs Boetio dicit. Recte inquit ꝓcurris & illud eſt ſignum ſicut medici ſolēt ſperare indicium. i. ſignum recte nature & nature reſiſtentis ſuple ipſi morbo ¶Notādum ꝙ ex littera formatꝰ talis ratio quando duo intendunt aliquod propoſitum naturaliter quod id propoſitum cōſequitꝰ officio naturali eſt potens. & quod non conſequitꝰ illud propoſitū naturali officio eſt impotens ſed tam boni quā mali naturaliter tendūt ad beatitudinem. & boni ipſam cōſecuntur naturali officio ſcꝫ virtute. mali aūt nō. ergo boni ſunt potentes mali vero impotētes ¶Nota ꝙ circa vltimum ꝙ medici ſolent accipere ſigna prenoſtica ſanitatis ex egro quando patiens erigit ſe & per ſe nititꝰ fortiori remedio. Sic in Boetio ſignū erat conualeſcentie & ſanitatis ꝙ ipſe rationē philoſophie remediantē quaſi ꝓcurrens per ſe compleuit:.

Sed quomiā te:. Hic philoſophia coaceruat quaſdam alias rationes breues ad propoſitum oſtendendum. Et ſunt quattuor rationes. ſecunda ibi Conſidera vero. tertia ibi In qua re. quarta ibi Cur enim. Primo dicit. Sed quoniam te conſpicio promptiſſimum ad intelligendum ego coaceruabo. i. cōponā crebras rationes vides enim quanta pateat infirmitas vitioſorū hominū tamen nec ad hoc queat peruenire ad quod ducit & compellit eos naturalis intētio. & quid eſſet de iſtis malis cenſendum ſi dezererētꝰ hoc auxilio nature precunctis tam magno ac pene inuicto quaſi diceret nihil aliud cenſendum eſt niſi ꝙ impotentie eoꝝ hoc aſcriberetꝰ ¶Notandū ꝙ tam boni ꝙ̄ mali vniuerſaliter tendunt ad bonum. & mali deficiūt ab eo quod cōpetit eis ſecundum naturā. ex hoc arguitꝰ ſic. maxima impotentia eſt deficere ab eo

quod natura intendit ſed hoc faciunt mali ergo mali ſunt impotētes ¶ Notandum ꝙ dicit pene invicto ꝙ appetitus naturalis boni non habet contrarium repugnās quo vincatᷣ ſed tamen per ignorantiam & errorem vitioꝝ puertitᷣ & ita aliquo modo vincitᷣ licet non directe:·

Conſidera vero quanta:· Hic philoſophia ponit ſecundam rationem · & dicit cōſidera ex his que dicam quāta impotētia habeat ſceleratos homines · Nunc enim appetunt premia levia & ludicra · i · iocoſa · ſed ipſi deficiunt circa ipſarum rerum ſummā · i · perfectionem atq; verticem · Nec contingit ipſis miſeris effectus boni in eo · i · propter hoc ꝙ ipſi moliuntur · i · laborant acquirere dies & noctes · i · tranſitoria & temporalia bona ¶ Nota ex lrā formatᷣ talis ratio · quanto magis eſt illud a quo aliquis deficit · tanto maior eſt ſuus defectus & in maiorem impotētiam cadit ſed illud a quo mali deficiunt non eſt quid vile & modicū ſed eſt ſummum bonū · ergo maloꝝ maxima eſt impotentia:·

In qua re bonoꝝ:· Hic philoſophia ponit tertiam rationem probando bonos maxime eſſe potentes pertractando exemplum ſuprapoſitum · & ex hoc concludit malos maxime eſſe impotentes · Et dicit · in qua re ſcʒ aſſuetudine boni deſiderari eminent vires bonoꝝ ſuple vires maloꝝ · Sicut enī cenſeres · i · iudicares eſſe ambulandi potentiſſimum qui pedibꝰ incedens potuiſſet pervenire vſq; ad eum locum quo vlterius nihil pervium · i · manifeſtum iaceret inceſſui · ita neceſſe eſt ꝙ cum iudices potentiſſimum qui apprehendit finem expetendorū quo nihil eſt vltra · tales aūt ſunt boni · Ex quo fit · i · ſequitᷣ quod huic obiacet · i · cōtrarium eſt vt idem ſceleſti · i · mali videantᷣ deſerti omnibꝰ viribus ¶ Notandū ꝙ ſicut viator aliquis dicitᷣ potens cum ambulat ad eum locum vbi nihil amplius reſtat de via ſic boni quando perveniunt ad finem & ad bonum quod tranſcendi nō poteſt ideo dicuntᷣ potentes · mali autē quia ipſum attingere non poſſunt dicuntur impotentes:·

Cur enī virtute:· Hic philoſophia ponit quartam rationē · ſecundo excludit quādā dubitationem ibi Quod quidē · Ratio quā intendit in ſumma eſt iſta · mali quando relicta virtute declinant ad vitia aut ſciūt bonum eſſe adherere virtuti aut neſciunt ſi neſciunt peccant per ignorantiam · nihil aūt eſt impotentius ignorantia · ergo mali peccātes ignorantia ſunt impotentes · Si aūt ſciunt bonum eſſe adherere virtuti & declinant ad vitia aut volētes derelinquūt bonum aut non · Si non volentes ſed attracti libidine paſſionum convertuntᷣ ad vitia ſequitᷣ ꝙ ſint impotentes quia maxima impotentia eſt non poſſe reſiſtere paſſionibꝰ · Si aūt ſcientes & volentes relinquūt bonū · ſequitᷣ ꝙ nō tantū ſiūt impotentes · ſed etiam ꝙ omnino non ſint · Cum enim omnis natura īquantū huiuſmodi habeat ordinem ad finem inquantū aliquid deſiſtit ab ordine ad finem intantū deficit a natura · & per conſequens ab eſſe ipſius nature iſtam rationem pretendit in littera & dicit ſic · Cur enim relicta virtute mali ſectantᷣ vitia ne pro nunquid hoc eſt ex inſcitia · i · ex ignorantia bonoꝝ · Sed quid eſt enervatius · i · debilius cecitati ignorantie quaſi diceret nihil · An ipſi noverunt ſectāda bona · Sed ipos trāſverſos libido · i · cōcupiſcentia precipitat in vitia & ſic ipſi fragiles intemperantia · i · propṫ intemperantiam libidinis nequeunt vitio obluctari · i · reſiſtere · An ſcientes & volentes deſerunt bonū & deflectūtᷣ ad vitia voluntate & ſcientia · ſed hoc modo non ſolum potentes eſſe deſinunt ſed omnino deſinunt eſſe · Cuius aſſignat rationem · nam qui relinquunt cōmunem finem ōniū que ſunt ſcʒ deum qui eſt ipſum eſſe paritᷣ eſſe deſiſtunt ¶ Notandum ꝙ primū ens veriſſime habet eſſe ipſum eſt cauſa eſſe ōnibꝰ vt ſint vt patet per cōmentatorem ſecundo methaphiſice & primo celi & mūdi Ab hoc ente derivatum eſt ſingulis eſſe & vivere · quanto ergo magis per vitia recedit a primo eſſe tanto magis deſinit eſſe

Vnde beatus gregorius in libro moraliũ loquens de diabolo dicit · ꝙ diabolus bene dicit᷑ nõ eſſe quia a ſumma eſſentia receſſit & per hoc cottidie excreſcẽte defectu tẽdit ad non eſſe quoniã ab eo qui verum eſt eſſe cecidit ¶ Notandum ꝙ philoſophia tres aſſignat cauſas ex quibus omne peccatum ꝓcedit · Omnis enĩ peccans vel peccat ex ignorantia & hunc modum primo tangit · vel peccat ex impotentia reſiſtendi & iſtũ ſecũdo tangit · vel ex voluntate & malitia & illum modum quia grauior eſt vltimo ponit : ·

ligũt̃ ꝑtiales diſpoſitiones ꝑiodi ꝑ quas
homo ad mortem tendit · Quilibet enim hõ
habet certam & determinatam periodum
ſue vite eo ꝙ forme omnium rerũ ſunt in
terminis · i · in corporibꝰ celeſtibꝰ virtua-
liter vt patʒ ſecũdo de generatione No-
tandum ꝙ philoſophia hic non excludit
licentiã gerẽdi iuſtum bellum ſed iniuſtũ
quia dicit iniuſtas aties · bellum enĩ iuſtũ
cõcedit̃ & ideo gerit̃ vt aliquis mitẽs cõtra
iuſtitiã ad iuſtitiã reducat̃ : ·

## Proſa quinta

HInc ego video: · Iſta eſt quinta
proſa huius quarti · quia Boeti-
us prius conquerebat̃ bonis ma-
la & malis bona contingere propter quod
etiã reputabat iſtarum fortunarum vices
non ex ordine diuine prouidentie ſed ex
caſu prouenire · ideo philoſophia ſuꝑ hoc
cõſolat̃ Boetiũ aſſignando cauſas quare
bonis mala & malis bona contingant · Et
primo Boetius exprimit ſuum dolorem
in hoc ꝙ vices fortunarum vident̃ cõfuſe
& inordinate diſponi · ſecundo aſſignat
philoſophia cauſam huius apparentie · ter-
tio ipſum conſolatur aſſignando cauſas
predictoꝝ · ſecunda ibi Nec mirũ · tertia
ibi Ita eſt inquit · Primo Boetius pre-
mittit quedam · ſecundo exprimit cauſam
ſui doloris ibi Cũ preſertim · Primo dicit
Ego video hinc · i · ex dictis que felicitas
ſit conſtituta in meritis proboꝝ ſcʒ deos
fieri & que ſit miſeria cõſtituta in meritis
improboꝝ ſcʒ transformari in beluas · ſed
ego perpendo · i · iudico nõ nihil · i · aliquid
boni vel mali eſſe in hac fortuna populari
· i · in proſperitate fortuita quod probat ·
Neq; enim quiſquam ſapientũ magis vult
eſſe exul inops ignominoſus · i · infamis
potius q̃ꝫ pollens opibus q̃ꝫ reuerendus
honore validus potentia & in ſua vrbe ꝑ-
manens florere · Sicut enĩ per huiuſmodi
bona fortune offitium ſapientis tractatur
clarius & teſtatius · i · cum maiori teſti-
monio quia talibꝰ plus credit̃ cũ beatitu-
do regentium diffundit̃ · i · dilatat̃ in po-
pulos contingentes · i · vicinos Notãdũ
ꝙ in bonis fortuitis eſt aliquid boni quia
per ipſa ſapiens expeditius tractat offi-
tium gubernãdi ſubditos · Qui enĩ diuitÿs
potentia & fama precellunt alios aptiores
ſunt ad regendam rem publicam quia ap-
tiores ſunt ad ſubueniendum oppreſſis &
ad deprimendum malos ad protegendum
bonos ad expugnandum inimicos · & ita
ſapienti qui tractat negotium rei publice
neceſſaria eſt potentia & diuitiarum ha-
bundantia ſed ſapienti qui vacat contem-
plationi diuitie ſunt oneroſe quia nimiam
ingegerit ſollicitudinem: ·
Cum preſertim lex: · Hic Boetius expri-
mit cauſã ſui doloris & admirationis dicẽs
Cum lex & carcer & cetera tormẽta lega-
lium penarum potius debeant̃ pernitioſis
· i · malis ciuibꝰ propter quos conſtituta

ſunt· Ego vehemẽter admiror cur hec tor-
menta vice verſa ·i· cõtrario modo mutet᷑
ita vt ſupplitia ſcelerũ ·i· maloꝝ premant
bonos & mali rapiant premia virtutũ ·i·
virtuoſorum · & ego deſidero o phia ſcire
ex te que videat᷑ eſſe ratio ·i· cauſa tam in-
iuſte confuſionis · minus enim mirarer ſi
crederem omnia miſceri fortuitis caſibus·
Nunc autem deus rector omniũ exaggerat
·i· augmentat ſtuporem meũ qui deus
cum ſepe bonis iocunda malis aſpera tri-
buat & contra ·i· per contrariũ bonis dura
malis optata concedat niſi deprehendatur
·i· cognoſcat᷑ cauſa huius quid eſt quod
hoc videat᷑ differre a fortuitis caſibꝰ quaſi
diceret nihil ¶ Notandũ ꝙ tormẽta lega-
lia ſicut carcer mẽbroꝝ mutilatio flagel-
latio & huiuſmodi ſunt inuenta propter
malos & iſta ſepius vident᷑ infligi bonis
malis euadentibꝰ ſup hoc admirat᷑ Boetiꝰ
cũ tamẽ deus debeat punire malos & re-
munerare bonos & niſi huiꝰ ratio cognoſ-
cat᷑ quare hoc contingat nihil eſt quin ta-
lia videant᷑ contingere a caſu & a fortuna
& nõ ſubiacere regimini ꝓuidentie diuine
quod abſurdũ eſt :·

Nec mirum inquit :· Hic philoſophia aſ-
ſignat cauſam apparentie talis cõfuſionis
quia ſic videt᷑ eẽ propter ignorãtiã cauſe
& dicit · Nec mirũ ſi quid credat᷑ cõfuſum
& temerarium ·i· caſuale in iſtis inferio-
ribꝰ ignorata ratione ordinis diuine pro-
uidentie ſed ꝙuis tu ignores cauſam tãte
diſpoſitionis diuine tãꝙ bonus rector ſcꝫ
deus temperat mundum ſua bonitate ideo
non dubites cuncta recte fieri ¶ Notãdũ
ꝙ mirum eſt cuius cauſa neſcit᷑ pro tanto
enim multi mirantur de eclipſi ſolis quia
cauſã ignorant & quia Boetiꝰ ignorabat
cauſam huius cõfuſionis quare bonis ma-
la & malis bona contingant ideo de hoc
ãmirabatur & cauſa ãmirationis eius fuit
ignorantia diſpoſitionis diuine prouiden-
tie :·

## ¶ Metrum quintum

Si quis arcturi ſydera neſcit :·
Iſtud eſt quintum metrum huiꝰ
quarti quod dicit᷑ alemanicum ab
inuentore · dactilicum a pede predominãte
tetrametrum ·i· quatuor pedum · ẏpcata-
lecticum ·i· habundans in vna ſillaba · in
quo metro philoſophia declarat quomodo
ea quoꝝ cauſe non apparent videt᷑ mira.
ſecundo oſtendit quomodo cognita cauſa
ceſſat admiratio ibi · Nemo mirat᷑ flamina
Primo oſtendit ꝙ propter latẽtiã cauſaꝝ
homines mirant᷑ & inducit de hoc duo ex-
empla · primum eſt de eo quod accidit in
ſtellis iuxta polum ſeptentrionalem quia
ille ſtelle ceteris ſtellis remotioribꝰ tardiꝰ
mouent᷑ & tamẽ velotius oriunt᷑ · Qui aũt
ignorat cauſam huius illi videt᷑ hoc mirũ
vnde dicit · Siquis neſcit ſydera arcturi
·i· maioris vrſe labi ·i· volui propinqua
ſummo cardine ·i· cardini ponendo abla-
tiuũ pro datiuo cauſa metri ·i· polo ſep-
tentrionali ille ſtupebit ·i· admirabit᷑ legẽ
alti etheris ·i· firmamenti · Cur boetes ·i·
ſtella tardus legat ·i· pertranſeat plau-
ſtra ·i· ſtellas plauſtri ſcꝫ maioris vrſe
& mergat ſeras flammas equore loquens
more poetico qui ſequentes inditiũ vulgi
dicunt ſtellas tingi in mari quãdo occidũt
& dicit᷑ boetes mergere ſeras flammas ·i·
lumina ſua tarda quia nunꝙ ea mergit
& eſt modus loquẽdi id ꝙ nũꝙ fit tarde
fit cum tamen boetes explicet ortus nimis
ſceleres eo ꝙ ĩ principio noctis nobis ſta-
tim apparet · Secundum exemplum eſt
de eclipſi lune quam neſcientes cauſam a-
deo aliqui admirantur ꝙ putant eius eclip-
ſim contingere per incantationem · & vo-
lentes auxiliari lune & impedire ne audi-
at incantationem concutiant omnia vaſa
erea & ſonora tempore eclipſis vnde dicit
in littera · Cornua plene lune palleãt quia
incipiente eclipſi luna incipit apparere cor-
niculata cornua infecta metis ·i· terminis
opace noctis ·i· vmbre terre · & phebe ·i·
luna confuſa priuatione luminis detegat
·i· apparere faciat aſtra minora que tex-
erat ·i· latere fecerat fulgenti ore ·i· ha-
bundantia ſui fulgoris · Tunc publicus
error quo putat᷑ luna incantari cõmouet
gentes & laſſant ·i· fatigant era ·i· vaſa

erea vel campanas crebris pulſib⁹ ¶ Notandum ꝙ arcturus dicit᷑ ab arctos quod eſt vrſa que eſt quoddã ſignum iuxta polum ſeptentrionalem quod nos vulgarit᷑ plauſtrum nominamus & ſic accipit beatus Gregorius ſuper Job dicẽs. Arctur⁹ ſeptem ſtellis maxime lucet ſemꝑ mouet᷑ & nunꝗ̃ mergit᷑ ¶ Notãdũ ꝙ ſtelle circa polum articũ mote ſicut arcturus & alie ſtelle mouent᷑ tardius alijs ſtellis remocioribus a polo artico. quia minorem circulum ſuo motu deſcribunt & ſtelle remotiores maiorem. vnde cum ſtelle remotiores in equali tempore pertrãſeãt maiorẽ circulum in quo ſtelle propinquiores minorẽ quia ambe circũuoluũt᷑ ſemel in die naturali patet per diffinitionẽ velocitatis & tarditatis ꝙ ſtelle propinquiores polo tardius mouent᷑ & remotiores velotius. Illud enĩ mouet᷑ tarde quod in equali tẽpore pertranſit minus ſpatium & illud mouet᷑ velociter quod in equali tempore ꝑtrãſit maius ſpatium ¶ Notandum ꝙ luna recipit lumen ſuum a ſole. ſi ergo corpus opacum interponit᷑ impediens ne lumen ſolis perueniat ad lunam vel in toto vel in parte neceſſe eſt lumen lune deficere vel in toto vel in parte & hoc eſt lunam eclipſari:.

Nemo mirat᷑ flamina chori:. Hic oſtendit philoſophia ꝙ cognita cauſa ceſſat admiratio dicens. Nemo mirat᷑ flamina chori talis venti tundere. i. percutere littus fremẽti fluctu ſcꝫ maris & hoc dicit pro tãto quia vento flante aqua maris cedit & ad littus reſiſtens repercutit᷑. nec etiã aliquis mirat᷑ molem. i. magnitudinẽ niuis frigore durã. i. congelatam ſoluier. i. ſolui & hic eſt pagoge. i. additio ſillabe ad finẽ dictionis propter neceſſitatem metri ergo ponitur ſoluier pro ſolui feruente eſtu phebi. i. ſolis. Hic enĩ. i. in iſtis exemplis ꝓmptũ eſt cernere cauſas quare ventus impellit mare quare ſol liquefacit niuem ſed illic in priorib⁹ exemplis latentes cauſe turbãt pectora ſupple per admirationem & mobile vulgus ſtupet. i. mirat᷑ ſubitis. i. de ſubiatneis euentib⁹ & ſtupet cuncta que prouehit. i. producit rara etas. i. que raro eueniunt ſed ſi vis caſſare admirationẽ nubilus error inſcitie. i. ignorantie cauſarum cedat. i. recedat & accedat notitia cauſaꝝ profecto. i. pro certo tunc ceſſant videri mira que prius ſtante ignorantia videbãt᷑ mira ¶ Notandum ꝙ ſacerdotes in egipto propter admirari inceperunt philoſophari videntes enĩ eclipſes ſolis & lune & ignorantes cauſãs mirabant᷑. cauſas eaꝝ inquirentes quib⁹ inuentis habuerũt ſciẽtiam earum eclipſium eo ꝙ ſcire eſt cauſã rei cognoſcere. cognita ergo cauſa cognoſcit᷑ res & ꝑ cõſequẽs ceſſat admiratio.

## ¶ Proſa ſexta

ITa eſt inquam:. Hic incipit ſexta proſa huius quarti in qua proſa philoſophia cõſolãdo Boetiũ aſſignat cauſas ꝑdictoꝝ que vident᷑ mira in diuina gubernatione propter ignorantiã cauſe. & primo Boe⁹ petit ſibi explicari iſtas cauſas & ph̃ia tãgit difficultatem explicationis eaꝝ. ſcđo ꝓmittit ſe velle aſſignare cauſas & tertio eas aſſignat. ſcđa ibi Sed q̃mã. tertia ibi õmũ generatio. primo Boetius cõcedit qđ dictum ẽ de admiratione hominũ propter ignorantiã cauſarum dicẽs. Ita ẽ inquã Tũc petit explicari cauſas admirationis eoꝝ que contingunt in diuina prouidentia & diſpoſitione dicens. O philoſophia cũ euoluere. i. elucidare cauſas latentium rerum ſit tui muneris. i. tue gratie & explicare rationes velatas caligine. i. rationes obſcuras & difficiles. Queſo vt hinc. i. de iſta difficultate diſcernas. i. iudices & ediſſeras. i. diſputes quoniam hoc miraculum maxime me perturbat quare malis bona & bonis mala eueniãt & ph̃ia pauliſper arridens Boetio inquit. ad rem maximam omnium queſitu. i. ad maximã queſtionem vocas. i. incitas me cui vix quicquã exhauſti ſatis ẽ ei ad quã exhauriendam & ſoluendam vix aliquid ſufficit talis nanq̧ eſt materia quam petis declarari vt vna dubitatione ſucciſa. i. ſoluta innumerabiles alie ſuccreſcãt velut capita

ydre quoꝝ vno ablato tria ſuccreſcebant·
nec fuerit modus·i·terminus dubitationū
niſi quis eas cohereeat viuaciſſimo igne·i·
ardenti inueſtigatione mentis· In hac eñ
materia queri ſolet de prouidentie ſimpli-
citate de ſerie fati de repentinis caſibus de
p̄deſtinatione diuina de libertate arbitrý
que omnia quanti oneris id ē difficultatis
ſint ad determinandum tu ipſe perpendis
¶Notandum ꝙ ſapiētis eſt ſcire ōnia vt
contingit·ex prohemio metaphiſice·& cū
ſcire ſit per cauſam primo poſterioꝝ·Sa-
pientis eſt euoluere cauſas rerum latētiū
Ideo dicit Boetius ad philoſophiā·Tui
muneris eſt euoluere cauſas ¶Notādū ꝙ
dicit philoſophiam pauliſper ſibi arriſiſſe
per hoc philoſophia innuit morem & habitū
ſapientū qui audita ſimplicitate impitoꝝ
arridēt eis congratulando ꝙ ipſi cū auidi-
ditate ſapientiam querunt ¶Notandum
ſecundū fabulas ydra fuit ſerpens in lerna
palude habēs plura capita quoꝝ vno ſuc-
ciſo tria excreſcebant quem cum hercules
ſagittis interficere non poſſet greco igne
ipſum conſumpſit:·

Sed quomā hec q̄s te noſſe:·Hic philo-
ſophia promittit velle aſſignare cauſas di-
cens·Quoniam hec noſſe te eſt quedā por-
tio·i·pars tue medicine quāꝗ̄ ſimus ſepti
·i·concluſi anguſto·i·breui limite tem-
poris tamen aliquid deliberare conabimur
ſed ſi te delectant oblectamenta·i·ſuaui-
tates muſici carminis·i·metri oportet ꝙ
differas pauliſper·i·modicum hāc volup-
tatem donec contexo·i·formabo rationes
ſibi nexas·i·cōiunctas ordine·dicit Boe-
tius vt libet inquā·i·vt tibi placet·tunc
ipſa philoſophia orſa·i·incipiens loqui
velut ab alio principio ita diſſeruit·i·diſ-
putauit ¶Notandum per hoc ꝙ dicit
Nos ſepti anguſto limite temporis·innuit
Philoſophia preſentem materiam adeo
eſſe difficilem ꝙ totum tempus preſentis
uite quod breue eſt vix ſufficit ad p̄dicta
plenarie declaranda ¶Notandum ꝙ dicit
philoſophiam orſam fuiſſe ab alio princi-
pio·nam illa que philoſophia prius ꝓba-

uit deducunt̄ ex hoc principio ꝙ deus eſt
perfectum bonum & vltimus finis omniū
que aūt nunc vult demōſtrare deducūtur̄
ex hoc principio ꝙ deus eſt principium
effectuū omnium vt patebit:·

Omnium generatio rerum:·Hic philoſo-
phia ꝓſequit̄ ītentū volēs aſſignare cau-
ſas quare bonis mala & malis bona cōtin-
gant & primo declarat quedam ad ſuam
determinationem neceſſaria·ſecundo po-
nit ſuam determinationem·ſecunda ibi·
Que vero inquies·primo philoſophia de-
terminat de prouidentia diuina & de fato
ſecundo oſtendit que ſint ea que fato diſ-
ponuntur·ſecunda ibi Ea ſeries·Primo
oſtendit quid nominet̄ diuina prouidētia
& quid fatum·ſecundo tangit differentiā
inter ea aſſignando diffinitiones vtriuſꝗ
Tertio ponit diuerſas opiniones circa fa-
tum·quarto infert quandam concluſionē
circa fatum & prouidentiam·ſecunda ibi
Que licet diuerſa·tertia ibi Sine igitur·
quarta ibi Quo fit·Primo dicit Generatio
omnium rerum & cunctus progreſſus na-
turarum mutabilium & quicquid alio mō
mouet̄ illud ſortit̄ cauſas generationis &
mutationis & ordinē generationis & mu-
tationis & formas quibꝫ generat̄ l' mouet̄
ſubſtantiales vel accidentales omnia iſta
ſortitur ex ſtabilitate diuine mentis·Hec
enim mens diuina compoſita·i·ſtabilita
in arce·i·in altitudine ſue ſimplicitatis
ſtatuit rebus gerendis·i·fiendis multi-
plicem modum·qui modus cū conſpicitur
·i·conſiderat̄ in ipſa puritate diuine in-
telligentie·i·ſecundum eſſe quod habet in
intellectu diuino nominat̄ prouidentia·
Cum vero iſte modus refert̄ ad ea que
mouet & diſponit a veteribus·i·ab anti-
quis fatum appellatum eſt ¶Notandū ꝙ
omnia a primo ſunt mutabilia aliqua mo-
uent̄ ſecundum ſubſtantiā vt generabilia
& corruptibilia quantum ad illa dicit ōmū
generatio rerum·Alia aūt ſunt mutabilia
ſecundum locum & nō ſecūdū ſubſtātiam
vt corpora celeſtia quantum ad illa dicit·
Cunctuſꝗ mutabiliū naturarū progreſſus

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Alia ſunt mutabilia ſolum ſecundũ opera-
tionem ſcꝫ ſecundum intelligere nõ ſcḋm
ſubſtantiam nec ſecũdũ vbi proprie ſicut
intelligentie quantum ad illas dicit · Et
quicquid aliquo mouet᷑ modo · Aliter ex-
ponit᷑ ꝙ in rebꝰ mutabilibꝰ triplex ē diſ-
poſitio · vna eſt qua tranſeunt de non eſſe
ad eſſe per generationem quantum ad hoc
dicit · omnium generatio rerum · Aut res
permanent in exiſtentia per aliquod tẽpꝰ
poſtꝙ̃ generate ſunt quãtum ad illas dicit
Cunctuſqꝫ mutabilium naturarum ꝓgreſ-
ſus · Aut res procedunt de eſſe ad nõ eſſe
per corruptionem quantum ad illas dicit ·
Et quicquid aliquo mouet᷑ mõ ¶ Notã-
dum ꝙ quidam dicunt fatum eſſe quãdã
diſpoſitionem derelictã in rebꝰ inferioribꝰ
ex actione corporum celeſtium ſecundum
quã inferiora neceſſitant᷑ & conſtringunt᷑
ad immobiles effectus · & ſic beatus Gre-
gorius in omelia epiphanie improbat fatũ
dicens · Abſit a fidelium cordibꝰ vt fatum
aliquid eſſe dicamus ſuppple neceſſitãs in-
feriora quia ſic omnia venirent ex neceſſi-
tate · Alio modo accipit᷑ fatũ pro diſpoſi-
tione rerum ſecundũ quã res dependẽt ex
diuina voluntate & poteſtate & ſic fatum
concedit᷑ aliquid eſſe · Eſt ergo prouiden-
tia diuina ordinatio ſiue diſpoſitio exiſtẽs
in mente diuina qua cuncta inferiora ſunt
prouiſa ſecundum ſtatum ſue nature · Fa-
tum aũt eſt diſpoſitio diuina exiſtẽs ĩ rebꝰ
mobilibꝰ qua ſingula ſuis ãnectũt᷑ ordinibꝰ
vt magis patebit : ·

Que diuerſa eſſe facile liquebit : · Hic ponit
differentiã inter prouidentiã & fatũ aſſig-
nãdo diffinitiones vtriuſqꝫ · ſecũdo oſtẽ-
dit ꝙ vnum eoꝝ dependet ex altero ibi ·
Que licet diuerſa · Primo dicit Que duo
ſcꝫ fatum & prouidentiã diuinam liquebit
· i · patebit eſſe diuerſa ſi quis mente con-
ſpexerit · i · conſiderauerit vtriuſqꝫ vim · i ·
naturam & eſſentiam & diffiniens proui-
dentiam dicit · Prouidentia eſt ip̃a diuina
ratio que eſt in ſummo principe õmũ rerũ
conſtituta que ſcꝫ ratio cuncta diſponit ·
Tunc diffiniens fatum dicit · Fatum eſt
diſpoſitio inherens rebꝰ mobilibꝰ · i · tem-
poralibꝰ per quam diſpoſitionem prouidẽ-
tia nectit queqꝫ ſuis ordinibꝰ · Tunc decla-
rat iſtas diffinitiones ex proprietatibus
vtriuſqꝫ intendens ꝙ prouidentia com-
plectit᷑ omnia ſimul · ſed manifeſtum eſt
ꝙ omnia nuſꝙ̃ ſunt ſimul niſi in mente
diuina · ergo oportet ꝙ prouidẽtia ſit ra-
tio exiſtens in mente diuina · ad fatũ vero
ſpectat vt ea que fato ſubdunt᷑ diſtribuãt᷑
ꝑ tẽpora & loca ita ꝙ ordo fatalis quãdã
ſucceſſionem temporalem ĩportat talis aũt
ſucceſſio non eſt niſi in ipſis rebꝰ mobilibꝰ
quare oportet ꝙ fatum ſit in rebꝰ mobilibꝰ
Vnde dicit in littera prouidentia nanqꝫ
cuncta complectit᷑ pariter ꝗ̃uis diuerſa
& infinita · fatum vero diuidit ſingula diſ-
tributa in motu locis formis temporibꝰ ita
ſcꝫ vt hec tẽporalis explicatio que ad fatũ
ꝑtinet adunata in proſpectu diuine mẽtis
ſit prouidentia · Eadem vero adunatio di-
uiſa & explicata temporibꝰ que ſucceſſionẽ
important vocet᷑ fatum ¶ Notandum ꝙ
quia prius dixit ꝙ diffinitio rerũ facien-
darum vt eſt in intellectu diuino dicitur
prouidentia vt aũt refert᷑ ad res mobiles
dicit᷑ fatum · Poſſet alicui videri ꝙ fatũ
& prouidentia ſignificarent eandem rem
ſub diuerſis rationibꝰ · ideo pħia hoc ex-
cludens oſtẽdit ea realiter diſtingui ponẽs
diffinitionem vtriuſqꝫ ¶ Notandũ ꝙ cog-
nitio dei habet ſe ad res ſicut cognitio ar-
tificis ad artificiata ſicut ergo omnia ar-
tificiata ſubdunt᷑ ordini & rationi artis ſic
neceſſe eſt omnes res ſubdi rationi & ordi-
ni diuine prouidentie propter quod oſtẽ-
dit ꝙ prouidentia eſt diuina ratio que
cuncta diſponit ¶ Notandum ꝙ diſpoſitio
que ponit᷑ in diffinitione fati accipit᷑ pro
ordine & dicit᷑ ille ordo inherens rebꝰ mo-
bilibꝰ ad differentiã ordinis qui eſt in ip̃a
ratione diuina quẽ iam vocamus proui-
dentiã ſecundum quem ordinem prouidẽ-
tia diuina annectit queqꝫ ſuis ordinibꝰ ſcꝫ
vt illa eueniant illo tempore & alia alio
tempore hec prius illa poſterius : ·

Que licet diuerſa ſint : · Hic oſtendit ꝙ

licet fatum & prouidentia differant tamē
vnum dependet ex altero dicens · Que licꝫ
ſint diuerſa tamen alterum dependet ab
altero ſcꝫ fatum dependet ex prouidentia
nam ordo fatalis procedit ex ſimplicitate
prouidentie ſicut declarat in ſimili dicens.
Sicut enī artifex puta edificator formam
faciende rei ſicut domus mente percipiens
· i · proſpiciēs mouet · i · producit effectum
operis & quod ſimpliciter & pſentarie p-
ſpexerat mente ſcꝫ formam domus cū ſuis
partibꝰ ſimul ducit per temporales ordines
ſupple ad effectum primo fundamentum
poſtea parietes vltimo tectum · Ita deus
prouidentia ſua ſingulariter · i · ſimplicicer
& ſtabiliter diſponit omnia facienda · ſed
fato · i · per fatum ea que diſpoſuit tempo-
raliter āminiſtrat ¶ Notandum ꝙ proui-
dentia diuina habet eſſe in prima cauſa fa-
tum vero in rebꝰ cauſatis · Item ꝓuidētia
diuina habet motum vnitum quia eſt in
vno ſimplici ſcꝫ in mente diuina · fatū aūt
habet motum pluralitatis quia in pluribꝰ
cauſatis habet eſſe · Item fatum dependet
a prouidentia diuina ſicut effectus a ſua
cauſa ſed non econuerſo · Sicut enī forma
rei artificialis depēdet a forma preexiſtē-
te in mente artificis & non econuerſo · ſic
fatum dependet a prouidentia diuina nō
autem econuerſo : ·

Siue igiť famulantibꝰ : · Hic ponit diuer-
ſas opiniones circa fatum · & dicit Siue
fatū exerceať quibuſdam diuinis ſpiritibꝰ
famulantibꝰ diuine prouidentie ſiue exer-
ceať anima · ſiue tota natura inſeruiente
ſiue exerceať motibꝰ corporum celeſtium
ſiue angelica virtute ſiue demonū ſolertia
ſiue aliquibꝰ hoꝝ vel omnibꝰ hoc ē incertū
tamen iſtud eſt certum prouidentiam di-
uinam eſſe immobilem & ſimplicem formā
rerum gerendarum · i · fiendarū · ſed fatū
eſſe mobilem nexum · i · diſpoſitionem &
ordinem temporalem eoꝝ que diuina ſim-
plicitas diſpoſuit gerenda · i · producenda
¶ Notandum ꝙ fatum eſt temporalis diſ-
poſitio rerum inquantum ea que prouiſa
ſunt a deo producunť ad effectum mediā-
tibꝰ cauſis ſecundis āminiſtrantibus · de
quibꝰ cauſis diuerſe fuerunt opiniones ·
quas Boetius tangit in littera ſed nullam
eaꝝ affirmat · Nam quidam antiquorum
dicebant fatū exerceri mediantibꝰ diuinis
ſpiritibꝰ deo famulantibꝰ · Alij dicebant
ipſum exerceri ab anima mundana · ſicut
platonici quod alij exponūt de anima hu-
mana quia ꝑ ipſam tanꝗ per cauſam ſe-
cundam exercenť actus liberi arbitrij qui
ſub prouidentia cadunt · Alij dixerunt fa-
tum exerceri tota natura inſeruiente in-
telligentes per totam naturam complexi-
onem omnium elementoꝝ · Alij dicūt fa-
tū exerceri motibꝰ corporū celeſtium ſicut
aſtrologi · Alij ꝙ ꝑ variā ſolertiā demo-
num & dicunť demones in propoſito ſpi-
ritus habitantes circa humectam partem
aeris ſecundum doctrinam quorundam
platonicoꝝ qui dicunť cacodemones · i ·
malum ſcientes · Aly dicūt fatū exerceri
angelica virtute · Vbi notādū ꝙ in pri-
ma opinione fatum diciť exerceri mediā-
tibꝰ ſpiritibꝰ deo famulantibꝰ quod eſt in-
telligendum de ſpiritibꝰ omnia diſponen-
tibꝰ ſed immobiliter permanētibꝰ · Qꝫ aūt
diciť in quinta opinione fatum exerceri
virtute angelica intelligendum eſt de an-
gelis ſiue ſpiritibꝰ applicantibꝰ ſe diuerſis
locis miſſis in miniſterium · Angelus enī
nuntius interpretatur & eſt nomen officij
non nature ſecundum beatum Gregoriū ·
Quo fit vt omnia : · Hic infert quandam
concluſionem circa fatum & prouidentiā
ſecundo declarat eam in exemplo ibi Nam
vt orbiū · Primo dicit ex quo dictum eſt
fatum dependere a prouidentia diuina ·
Quo fit · i · ex quo ſequiť vt ōnia que ſub-
ſunt fato etiā prouidentie ſint ſubiecta ·
Cui etiā prouidentie ipſum fatum ſubiacꝫ
ſed non econuerſo quia quedā que locata
ſunt ſub prouidentia ſuperant ſeriem fati
ſcꝫ ea que immediate per deum āminiſtrāť
ſicut creatio rerum & glorificatio creatu-
rarum rationalium · ea vero que ſunt pro-
pinqua prime diuinitati immobilia hec
excedunt ordinem fatalis mutabilitatis ·

Notandum ꝙ quia fatum dependet a prouidentia ſicut effectus a ſua cauſa neceſſe eſt illa que dependent a fato etiam a prouidētia dependere non aūt econuerſo. quia effectus non adequat᷑ ſue cauſe. prouidentia aūt ad diuinum intellectum ſpectat. fatum vero ad ea que in creaturis geruntur :.

Nam vt orbium:. Hic declarat illam concluſionem per exemplum oſtendens quomodo quedam ſubiacēt fato magis quedā minus & quedam totaliter excedūt fatū. ſecundo ex dictis concludit habitudinē fati ad prouidentiam per quedam ſimilia ibi. Igit᷑ vti eſt. dicit primo. Nā ſicut orbiū. i. circulorꝝ vertentium. i. mouentium ſe circa eundem cardinem. i. axem ille qui ē vicinior. i. proximior axi accedit ad ſimplicitatem mediocritatis. i. axis vel centri quia tardiori motu mouet᷑ & ideo magis accedit ad immobilitatem axis & iſte circulus reſpectu exterioris habꝫ ſe ad modum centri circa quod exterior verſatur. vnde ſubdit ꝙ eſt veluti quidam cardo. i. centrum ceterorꝝ orbium extra locatorum circa quē verſāt᷑. Sicut mediolus in rota adheret axi & eſt quaſi cardo quidā circa quem voluunt᷑ canti & radÿ. Extimus vero. i. vltimus orbis exterior rotatus. i. motus maiore ambitu tanto explicatur amplioribꝫ ſpacÿs quanto diſcedit a media indiuiduitate puncti. i. centri. Si quid vero illi medio ſe cōnectat illud colligitur in ſimplicitatem. i. īmobilitatem axis & ceſſat diffundi & diffluere ꝑ magnum ſpatium. Similiter illud quod longius a prima mente diſcedit ſicut creature corruptibiles maioribus nexibus fati implicantur. & tanto magis aliquid eſt liberum a fato quanto vicinius petit. i. accedit illum cardinem rerum ſcꝫ deum ꝙ ſi firmitate ſuperne mentis adheſerit ſupgredit᷑ neceſſitatem fati Notādū quāto magis entia ſunt propinqua primo cauſato minus ſunt mutabilia. & quanto remotiora tanto magis mutabilia quod declarat philoſophia exemplo diuerſorum circulorꝝ ab eodem centro ductorꝝ in quibꝰ circulus remotior a centro eſt maior & velotius mouet᷑ quia maius ſpatium pertrāſit inequali tempore. Qui aūt eſt vicinior centro minor eſt & tardius mouet᷑ minus ſpatium pertranſeundo. circuli vero medÿ medio modo ſe habent & eſt optima cōparatio centri circuli ad creatorem. Sicut enī centrum eſt indiuiſibile & ab ipſo poſſent plures circuli procedere. Ita creator vnus & indiuiſibilis exiſtens infinita creat & gubernat:.

Igit᷑ vti eſt :. Hic philoſophia concludit habitudinem fati ad prouidentiā diuinam per quedam ſimilia & dicit ſeries fati ita eſt. i. ita ſe habet ad ſtabilitatem ſimplicem diuine prouidentie ſicut ratiocinatio ſe habet ad intellectum Vbi ſciendum ꝙ illud quod intellectus ſimplici veritate intelligit ratiocinatio per modum diſcurſus & ſucceſſiue apprehendit. Etiam fatū ſe habet ad prouidentiam ſicut illud quod gignit᷑ habet ſe ad illud quod eſt Vbi ſciēdum ꝙ illud quod gignit᷑ eſt ī quadā fluxibilitate & motu. quod vero actu eſt genitum eſt in quadam permanentia. etiā habet ſe fatum ad prouidentiam ſicut tēpus ad eternitatem Vbi ſciēdum ꝙ in tempore eſt ſucceſſio partium temporis p̄ſentis preteriti & futuri. eternitas aūt eſt ſine ſucceſſione tota ſimul exiſtens. Item fatum habet ſe ad prouidentiam ſicut circulus ad medium punctum Vbi ſciēdū ꝙ circulus diſtendit᷑ & ꝑ partes diuidit᷑ mobilis exiſtens. punctum aūt eſt immobile & indiuiſibile quia ex primo euclidis punctum eſt cuius pars non eſt:.

Ea ſeries celum ac ſydera mouet :. Hic philoſophia oſtendit que ſint illa que fato diſponunt᷑. ſecundo concludit ꝙ illa que intellectui confuſa vident᷑ ī diuina gubernatione ſunt rationabiliter ordinata ibi. Quo fit. Primo dicit ea ſeries fati de qua dictum eſt mouet celum & ſydera tempat elementa in ſe inuicem ne totaliter ſe corrumpant & transformat ipſa alterna cōmutatione ita ꝙ ex aqua fiat aer & econ=

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

uerſo & eadem ſeries fati renouat omnia
naſcentia & occidentia · i · mouentia per ſi-
miles progreſſus fetuum quo ad animalia
& ſeminum quo ad vegetabilia · & fatum
etiã cõſtringit ĩdiſſolubili cõnexione cau-
ſarum actus · i · operationes & fortũas ho-
minum que omnes res cum proficiſcantur
· i · procedant ab exordÿs diuine proui-
dentie neceſſe eſt eas eſſe ĩmutabiles · Ita
enĩ res optime gerunt · i · regunt ſi ſim-
plicitas manens in diuina mente promat
· i · explicet indeclinabilem · i · immutabilẽ
ordinem cauſarum · Hic autẽ ordo diuine
prouidentie coherceat propria incõmuta-
bilitate res mutabiles & alioquin temere
· i · caſualiter fluituras ¶ Notãdũ ꝙ fatũ
conſiderat duplicíter. vno modo vt eſt in
cauſis ſecundis quarum ordo & diſpoſitio
dicit fatum & ſic fatum eſt mobile & res
fato ſubiacentes ſunt mobiles · Alio modo
cõſiderat fatũ ſecundum ꝙ dependet a p-
uidentia diuina que omnino immobilis eſt
& ſic fatũ ſortit immobilitatẽ & ſic etiã res
fatales vt ſic ſecundum ſubſtantiam ſunt
immobiles ¶ Notandũ ꝙ ſi aliquid poſſit
declinare ab ordine diuine prouidentie tũc
prouidentia diuina deficeret a ſuo effectu
& hoc redundaret impotentiam regentis
Et ſi dicis ſi omnia ſubiacent prouidentie
diuine ergo omnia eueniunt ex neceſſitate
Dicendum ꝙ non quia deus preuidet res
ſicut ſunt future quedam preuidet neceſ-
ſario euenire & quedam contingẽter & de
hoc videbit magis in quinto huius :.
Quo fit :. Hic philoſophia oſtendit ꝙ ea
que apparent in rebus confuſa in diuina
gubernatione ſunt ordinata dicens · Quo
fit · i · ex hoc ꝙ diuina prouidentia ineui-
tabilem ordinem rebꝫ conſtituit ſequitur
vt & ſi nobis minime valentibꝫ cõſiderare
hunc ordinem rerum videant nobis om-
nia confuſa & perturbata nihilominus tñ
modus ſuus · i · ordo proprius diuine pro-
uidentie diſponit cuncta dirigens ea ad
bonum · nihil enĩ eſt quod cauſa mali fiat
nec etiã ab ipſis improbis quos bonũ que-
rentes prauus error auertit vt prius de-
monſtratum eſt ne dum · i · multo minus
ordo fatalis proficiſcẽs de cardine ſummi
boni · i · ab ipſo deo deflectit a ſuo exordio
· i · a deo qui eſt finis & principium õniũ
¶ Notandum ꝙ dicit malos nihil facere
cauſa mali cuius oppoſitum patet · multi
enĩ mali ſeipſos interimunt · dicendum ꝙ
nullus operat reſpiciens ad malum quia
omnia bonum appetũt · Si aũt quis ma-
lum operat hoc contingit ſub fantaſia bo-
ni · Nam aliquis in magna anxietate ex-
iſtens eſtimat eſſe bonũ fugere anxietatẽ
& nihil aliud ipſe conſiderans ſequit hãc
eſtimationem ſeipſum interficiens & talis
priuans ſe bono ducit fantaſia boni quia
pro tunc putat bonum eſſe effugere anxi-
etatem priuatione vite :.
Que vero inquies :. Hic philoſophia ſoluit
queſtionem quare bona malis & mala bo-
nis contingant · & primo oſtendit hoc in
generali · ſecundo magis in ſpeciali ibi · ſed
ſit aliquis · Primo aſſignat cauſam p̃dicti
accidentis ex defectuoſo iuditio hominum
ſecundo ex contrario iuditio dei & homi-
num ibi Nam vt pauca · primo facit quod
dictum eſt · ſecundo declarat ſe per ſimile
ibi Non enim diſſimile · Primo dicit O
Boeci tu inquies que poteſt eſſe vlla ini-
quior confuſio q̃ vt bonis aliquando pro-
ſpera aliquãdo aduerſa eueniant cũ ſemp
bonis deberent pſpera euenire · & malis p
contrarium aliquando contingant optata
aliquando odioſa cum ſemper malis debe-
rent odioſa euenire · dicit philoſophia ·
Nunquid homines degunt · i · viuunt ea
integritate · i · integro iuditio mẽtis vt ne-
ceſſe ſit eos eſſe probos vel improbos quos
ipſi cenſuerint · i · iudicant eſſe tales · At-
qui pro certo in hoc depugnant · i · cõtra-
riant iuditia hominum · vt quos alÿ pre-
mio alÿ arbitrẽt dignos ſupplicio · ſed cõ-
cedamus vt aliquis poſſit diſcernere bo-
nos & malos · Nunquid ipſe poterit intu-
eri illam intimam temperiem · i · interiorẽ
conditionem & qualitatem animorꝫ veluti
ſolet dici in corporibus · quaſi dicat · Ego
loquor de animis ſecũdũ ꝙ homines cõſue-

nerunt loqui de corporibꝰ ¶ Notandum ꝙ
propter defectuoſum iuditium hominũ cō-
tingit ꝙ iudicant eos eſſe bonos qui mali
ſunt & econuerſo. Si ergo iudicāt malos
eſſe bonos & ſi illis eueniant mala putant
bonis euenire mala & ſi bonis quos iudicāt
malos eueniant bona putāt malis euenire
bona. Et ideo etiā ſepe putant bonos de-
primi cum mali deprimunt̃ iudicātes ma-
los eſſe bonos & putant malos extolli cũ
boni extolluntur quia iudicant bonos eſſe
malos:.
Non enĩ diſſimile eſt miraculũ:. Hic pħia
declarat ſe per ſimile dicens. Iſtud mira-
culum non eſt diſſimile immo valde ſimile
ad propoſitum neſcienti alicui cur ſanis
corporibꝰ his conueniant dultia his amara
etiā neſcienti alicui cur quidam egri adiu-
uant̃ leuibꝰ quidam acerbis licet hoc vi-
deat̃ mirum neſcienti tamen medicus de
hoc non mirat̃ qui cognoſcit modũ & tēpe-
ramentum ſanitatis & egritudinis. ſicut
ſimiliter licet homo ignoret quid cōueniat
bonis & malis tamen deus qui eſt ſcruta-
tor cordium iſta cognoſcit videns ꝙ bonis
aliquando conueniunt aduerſa malis qñq;
proſpera ideo ſic eis diſtribuit & hoc eſt
quod ſubdit applicādo ſimilitudinē ad ani-
mum dicēs. Quid enĩ aliud iudicatur eſſe
ſalus animoꝝ ꝙ̃ probitas. quid aliud eſt
egritudo animoꝝ ꝙ̃ vitium & quis alius
conſeruator eſt bonoꝝ & depulſor maloꝝ
ꝙ̃ deus rector & medicator mentium. Qui
cum reſpicit ex alta ſpecula prouidentie
ipſe cognoſcit quid vnicuiq; cōueniat &
quod agnouit cōuenire hoc accomodat hic
.i. ex hoc quod dictum eſt fit inſigne mi-
raculum ordinis fatalis. i. fit illud quod
admirant̃ homines in ordine fatali cum a
deo illud gerit̃. i. fit quod ignorātes ſtu-
peant. i. admirant̃ ¶ Notandum ꝙ eſt
bona comparatio ſanitatis & egritudinis
corporalis ad medicũ & probitatis & vitiȷ́
animoꝝ ad deum. ſicut enĩ medicus cog-
noſcēs cauſas ſanitatis & egritudinis ſcit
quid conueniat ſano & egro aliȷ́s ignorā-
tibꝰ & mirantibꝰ. ſic deus cōgnoſcens qua-

litatem animoꝝ ſcit quid bonis conueniat
& quid malis & vnicuiq; ſibi conueniens
tribuit quandoq; malis proſpera bonis ad-
uerſa de quo ſtupent ignorantes ¶ Notā-
dum ꝙ ſpecula dicitur locus altus aptus
ad circumſpiciendum & quia deus per ꝓ-
uidentiam omnia circumſpicit ideo ſimi-
litudinarie ipſa prouidentia dicit̃ ſpecula
¶ Notandum ꝙ quia homines ignorant
qui ſunt boni vel mali ignorant etiā quid
vnicuiq; conueniat ideo aliqua creduntur
conuenire bonis que tamen ſecundum iu-
ditium dei eis non conueniunt & ideo ho-
mines mirantur q̃re deꝰ eis nō attribuat q̃
vident̃ eis attribuenda. Ideo dicit pħia
ex dictis contingit hoc miraculum ꝙ ig-
norantes ſtupent que fiunt a deo ſciente.
Nam vt pauca:. Hic philoſophia oſtēdit
ꝙ bonis mala & bona malis contingunt
ex contrario iuditio dei & hominum dicens
Vt ego pauca perſtringam que humana
ratio valet accipere de diuina profunditate
illud ſupple declarabo. O Bocci de hoc ſup-
ple homine quem tu putas eſſe iuſtiſſimũ
& ſeruatiſſimum equi. i. equitatis diuer-
ſum videt̃. i. aliter videtur prouidentie
ſcienti omnia. i. deo quod confirmat auto-
ritate Lucani qui deſcribens bellum inter
Pompeium & Julium ceſarē cũ quereret̃
ab eo cuius cauſa eſſet iuſtior dixit. vic-
trix cauſa diſplacuit ſed victa Catoni.
vnde dicit victricem cauſam ſcȝ Juliȷ́ ce-
ſaris placuiſſe dȷ́s. victam vero cauſam
ſcȝ pompeȷ́ placuiſſe catoni admonuit lu-
canus noſter familiaris. ex quo cōcludit
ea que contra ſpem hominum veniunt eſſe
confuſionem in opinione hominum non tñ
in re dicens quicquid igit̃ videas geri. i.
fieri vel euenire contra ſpem hominis cau-
ſam ignorantis id in rebꝰ eſt rectus ordo
ſed opinioni tue eſt peruerſa cōfuſio ¶ No-
tandum ꝙ Cato vticenſis propter ſuam
ſapientiam & virtutem maxime autori-
tatis erat in populo. Cũ aũt Julius pug-
naret contra Pompeium Cato iudicauit
Pompeium eſſe iuſtũ attribuit ſibi cauſā
victricem. Aliȷ́ aũt iudicabant Juliũ eſſe

iuſtum attribuẽtes ſibi cauſam victricem ex quo patet ꝙ de eodem contrario modo iudicabant dỹ & homines ſapientes qui Catonem ſequebant᷑ : ·

Sed ſit aliquis : · Hic philoſophia aſſignat cauſas ſpeciales quare bonis & malis indifferenter eueniunt nunc proſpera nũc aduerſa · Secundo excuſat ſe de ampliori pertractatione huiuſmodi cauſarũ · ſcḋa ibi Neq̧ enĩ fas · primo declarat intentum ſuum de bonis · ſecundo de malis ibi Nam id ꝗ̃ · Primo aſſignat cauſam quare aliquib᷒ bonis non eueniunt mala · ſecundo quare aliquando eis contingunt mala ibi Alỹs mixta · primo oſtendit quare bonis non contingant mala · ſecundo quare cõtingant eis quandoq̧ bona ibi Fit autem · Primo aſſignat duas cauſas quare bonis non eueniant mala · ſecunda ibi Eſt alius Prima cauſa eſt infirmitas animi alicuius boni cui ſi adueniret aduerſitas ipſe deterioraret᷑ · vnde dicit in littera Sed ſit · i · ponamus ꝙ aliquis ſit ita bene morigerat᷒ ꝙ diuinũ & humanũ iudicium conſentiãt de eo forſan ipſe eſt ĩfirmus virib᷒ animi non potens reſiſtere aduerſitatib᷒ · Cui ſi adueniat quid · i · aliquid aduerſi forſitan deſineret colere innocentiam · i · exercere virtutẽ per quam nõ potuit retinere fortunã quia imputabit ſue innocentie ꝙ ꝓſperitas ſua receſſit · quemadmodũ legit᷑ de Job cui vxor ſua improperabat dicẽs · Adhuc permanens in ſimplicitate tua benedic deo & morere · parcit itaq̧ illi ſapiens diſpenſatio · i · prouidentia dei quem aduerſitas poſſit facere deteriorem ne patiat᷑ eum laborare aduerſitate cui non cõueniat ¶ Notandum ꝙ quidam boni ſunt ita imbecilles animi ꝙ ex modica temptatione aduerſitatis mutarent᷑ quod videns deus parcit ipſis ne eos aduerſitate deiciat · vnde apoſtolus · Fidelis deus qui non patit᷑ vos temptari vltra id quod poteſtis : ·

Eſt alius : · Hic aſſignat aliam cauſã ꝗ̃re quibuſdam bonis non adueniant mala dicens · Eſt alius homo abſolutus · i · pfect᷒ cunctis virtutib᷒ & ſanctus & proximus deo hunc hominem contingi · i · tangi aliquib᷒ aduerſis prouidentia diuina iudicat nefas adeo · i · intantum vt nec ſinat ipſum agitari morbis corporeis quod confirmat autoritate cuiuſdam philoſophi dicens · Nam vt ait quidam philoſophus excellẽtior me cuius autoritatem ponit in greco que tantum ſonat in latino · Corpus viri ſacri edificauerunt virtutes ſupple preſeruando ipſum ab aduerſis ¶ Nota ꝙ ſecũda cauſa quare aliquib᷒ non adueniunt aduerſa eſt excellens ſanctitas ipſorum ſicut enim deus excellẽter malos non tãtũ punit in futuro ſed etiam in preſenti ſic aliquos excellenter bonos non tantum p̃mat in futuro ſed in preſenti ab aduerſitate cuſtodit ¶ Notandum quare phia dicat quidam excellentior me dixit cum nullus ſit excellentior philoſophia · dicẽdum ꝙ littera ſic debet exponi · Nam quidam philoſophus excellentior alỹs phis me · i · per me hhiloſophiam dixit : ·

Fit aũt ſepe : · Hic oſtendit quare bonis ſepe contingunt bona dicens · Fit autẽ · i · contingit ſepe vt ſumma rerum regenda · i · principatus regendi res deferat᷑ · i · cõcedatur probis non tantum propter vtilitatem bonoꝝ hominum ſed vt improbitas exuberans · i · habundans maloꝝ retundat᷑ · i · compeſcat᷑ vel reprimat᷑ · Tunc aſſignat cauſam quare bonis quandoq̧ contingant mala dicens · Alỹs · i · bonis deus diſtribuit quedam mixta · i · nunc bona nunc mala pro qualitate animorum quoſdam enĩ bonos deus remordet aduerſitatib᷒ ne luxurient · i · ſuperbiant longa felicitate · i · proſperitate · Alios bonos patit᷑ agitari · i · vexari duris · i · aduerſitatib᷒ vt virtutes animi ipſorum confirmet vſu & exercitatione patientie vt patet in Job Alỹ plus equo metuunt quod bene ferre poſſunt · ſicut Thomas formidauit ingreſſum indie dicens · domine mitte me quo vis preterꝙ̃ ad indos · Alỹ plus equo deſpitiũt quod ferre non poſſunt quia quaſi preſumendo deſpiciũt temptationes quas tamen

ferre non poſſunt vt ſanctus Petrus qui
dixit. Et ſi oportuerit me mori tecum non
te negabo qui ad temptationē & accuſati-
onem ancille chriſtū negauit. hos vtroſq̧
deus ducit. i. temptat triſtibꝫ. i. aduerſi-
tatibꝫ in experimentum ſui. i. in recogni-
tionē ſui vt ſciant quid poſſint & quid nō
poſſint & non nulli. i. aliqui emerūt pretio
mortis venerandū nomen ſeculi ſicut mar-
tires. Quidam inexpugnabiles ſupplitijs
pretulerunt ceteris exemplum virtutem
eſſe inuictam a malis que omnia q̃ recte
& diſpoſite fiant ex eorꝫ bono quibꝫ acce-
dere videntᷣ nulla eſt dubitatio ¶ Notan-
dum ꝙ quidam plus timent q̃ timere de-
berent aliquam aduerſitatem de quibus
diciṫ in pſalmo. Trepidauerunt timore
vbi non erat timor. Talibꝫ deus immittit
aduerſitates quibꝫ reſiſtunt vt cognoſcāt
ſe gratia dei poſſe reſiſtere ei quod timebāt
Alij autem preſummentes de proprijs vi-
ribꝫ deſpiciunt temptationes quaſi poten-
tes reſiſtere eis illis deus temptationes
immittit & permittit eos ſuccūbere vt cog-
noſcant quam fragilis ſit humana natura
ſine diuina gratia :.
Nam illud q̃ꝫ :. Hic aſſignat cauſas quare
malis quandoq̧ bona quandoq̧ mala con-
tingant. & primo oſtendit quare malis
contingunt mala. ſecundo quare bona ibi
Leta vero. primo dicit Ex eiſdem cauſis
duciṫ. i. probaṫ ꝙ improbis nunc pro-
ueniunt triſtia nūc optata. ſed de triſtibꝫ
que malis eueniunt nemo miratur quia ō-
nes exiſtimant eos ſcꝫ malos eſſe meritos
. i. dignos malo. quorꝫ malorꝫ ſupplicia
ceteros deterrēt. i. terrore retrahunt a ſce-
leribꝫ & ipſos malos emendant quibꝫ in-
uehunṫ ſupplitia ¶ Notandum ꝙ philoſo-
phia innuit tres cauſas quare malis eueni-
unt mala. Prima eſt quia omēs homines
eſtimant eos dignos malo. Secūda quia
per ſupplitia malorꝫ alij a malo retrahunṫ
Tertia cauſa quia mali ſupplicijs emen-
dantur :.
Leta vero :. Hic aſſignat cauſas quare ma-
lis bona eueniant. ſecundo ſoluit tacitam
obiectionem ibi Nam vt probis. Primo
dicit. Leta vero. i. proſpera que malis e-
ueniunt loquntᷣ. i. indicant bonis magnū
argumentum quid iudicare debeant de hu-
iuſmodi felicitate quā ſepe cernunt famu-
lari improbis. habent enī probi ex hoc cer-
tiſſimum argumentum ꝙ illa non eſt vera
felicitas que malis aduenit ſed falſa decep-
tio. Tunc aſſignat primam cauſam quare
deus malis concedit bona & proſpera ꝙ
quidem mali per proſpera preſeruantᷣ a
peioribꝫ ſceleribꝫ ne fiant fures vel rapto-
res & dicit. In qua re ꝙ malis eueniant
proſpera illud credo diſpenſari. i. diſpen-
ſatione ordinari ꝙ forſitan natura alicuiꝰ
mali eſt tam preceps ad malum & impor-
tuna vt inopia rei familiaris. i. pauper-
tas poſſit eū exacerbare. i. ꝓuocare ad ſce-
lera ſcꝫ ad furtum vel ad rapinam cuius
morbo diuina prouidentia medeṫ remedio
collate pecunie. Tunc aſſignat ſecundam
cauſam talem. ꝙ ideo malis eueniunt ꝓ-
ſpera vt proſperitate emendent vitam quā
timentes ne propter malitiam amittant
proſperitatem. vnde dicit hic. i. aliquis
malus ſpectans. i. conſiderans conſcien-
tiam ſuam fedatam probris. i. maculatā
vitijs & ipſe comparans ſecum fortunam
. i. proſperitatem ſuam forſitan ꝑtimeſcit
vt cuius rei ſcꝫ proſperitatis iocundus ē
ei vſus illius fiat triſtis amiſſio & dū me-
tuit amittere fortunam derelinquit nequi-
tiā. Tunc ponit tertiam cauſam dicens.
Alijs malis aduenit proſperitas vt incidāt
maiorem miſeriā aduerſitatis quia ſicut
dictum fuit ſecundo libro proſa quarta.
In omni aduerſitate fortune infeliciſſimū
genus infortunij eſt fuiſſe felicem. vnde
dicit in littera ꝙ felicitas indigne aucta
Alia littera habet acta. i. inducta alios
malos precipitat in meritā cladem. i. mi-
ſeriam. Et addit ꝙ quibuſdam malis p̱-
miſſum eſt. i. conceſſum ius puniendi. i.
poteſtas vt ſit bonis cauſa exercitij ī vir-
tutibꝫ & patientia & malis ſit cauſa ſup-
plitij ¶ Nota ꝙ felicitas quoſdā p̄cipitat
in cladē aduerſitatis. vnde paup heinricꝰ

Promouet iniuſtos fortuna volubiles vt quos. Scandere precipites fecit ad ima rotet. Nam grauiore ruit turris tumefacta ruina. Et grauiꝰ pulſat alta cipreſſus humū ¶ Et notādum ꝙ boni per aduerſitates in virtutibꝫ & patientia exercentᷣ. vñ idem pauper heinricus. Aſpera ferre decet maturant aſpera mentem. Et bene matura plenius vua ſapit. Per nimios eſtus gelidas tranſitᷣ ad vndas. Hicq̃ per oppoſitum dultia querit homo :·

Nam vt probis :· Hic ſoluit quandā obiectionem. ſecundo infert quandam concluſionem ibi Ex quo ſepe. Primo dicit. Aliquis diceret dixiſti quod malis eſt cōceſſum ius puniendi vt ſint cauſa ſupplicij alijs malis hoc nō videtᷣ verū quia malus non punit malum cū ſint ſimiles. hoc ſoluit philoſophia dicens. Sicut probis & improbis nullum eſt fedus. i. concordia quia ſemper inuicem contrariantᷣ. Ita ipſi improbi nequeunt inter ſe cōuenire. Quidni. i. quare non eſſet ita cum quiq̃. i. quilibet mali diſſentiant a ſemetipſis vicijs diſcerpentibꝫ. i. diſtrahentibꝫ conſcientiā ipſoꝝ & ſepe mali faciant que cū geſſerint. i. fecerint decernant. i. iudicent non fuiſſe gerenda. i. facienda ¶ Notādum ꝙ intantum aliquis eſt bonus inquantum ſeruat ordinem in vltimum finem qui finis eſt ſummum bonum & quia illum finē & ordinem omnes boni ſeruant ideo ōnes boni in eo ꝙ boni ſunt inuicem cōcordant mali autē quia hunc ordinem non obſeruant & a ſemetipſis diſcordāt mutuo ſibi concordare non poſſunt :·

Ex quo ſepe ſumma illa :· Hic infert quandam concluſionem dicens. Ex quo mali puniunt malos ex hoc diuina prouidentia protulit inſigne miraculum ſcꝫ vt mali facerent malos bonos quod declarat. Nam dum quidam mali videntur perpeti iniqua a peſſimis ipſi flagrantes. i. ardētes odio noxioꝝ. i. dampnoꝝ ſuoꝝ ipſi redire ad frugem virtutis. i. ad vtilitatem dum tales ſtudent ſe eſſe diſſimiles illis malis quos oderant & addit ꝙ ſola diuina vis talis eſt cui mala ſint bona. i. cedunt in bonum ſicut cum malꝰ facit malum bonum. vnde ſubdit. Cum deus vtendo cōpetenter magis elicit effectū alicuius boni Ordo enī fatalis cuncta complectitᷣ vt qđ diſceſſerit ab inſignata ratione ordinis ſcꝫ mali relabatᷣ in alium ordinem ſcꝫ boni ne in regno prouidentie dei liceat quid. i. aliquid temeritati. i. inordinationi & ponit autoritatem in greco que tantum ſonat. Fortiſſimus in mundo deus omnia regit. ¶ Notandum ꝙ bonum prouemens ex malitia improboꝝ non eſt imputandum ipſis improbis ſed tantum diuine virtuti que nouit ex malis efficere bona & licet deus malum dirigat ad bonum ſua intētione & poteſtate non tamen homo ideo ē extra culpam qui illud malum agit mala intentione ¶ Notandum ꝙ alius eſt ordo naturalis. alius ordo a deo prouiſus. Ordo naturalis eſt vt deum & proximum diligamus. Ordo prouiſus eſt temporalis rerum diſpoſitio que fatum vocatᷣ. & licet ordinem naturalē ſepe dimittamus aliquid plus deo diligendo & proximum odiendo tamen ordinem prouiſum adeo nunq̄ effugimus quia nunq̄ aliter prouenit q̄ deꝰ ꝓuidet & ſi aliquid recedit ab ordine naturali relabitᷣ in alium vt ſi aliquid eſt malū quo ad miſericordiam ipſum eſt bonum in comparatione ad iuſtitiam ita ꝙ in regno diuine prouidentie nihil relinquitᷣ temeritati. i. inordinationi :·

Neq̃ enī fas eſt homini :· Hic philoſophia excuſat ſe de ampliori indagatione cauſarum dicens. Neq̃ enī fas eſt homini vel ingenio cōprehendere vel ſermone explicare cunctas machinas. i. cauſas vel diſpoſitiones diuini operis. hoc tātū ſufficiat perſpexiſſe ꝙ deus proditor. i. productor omnium naturarum diſponit cuncta dirigens ad bonum. Et dum ea que predixit feſtinat retinere in ſimilitudinem ſui. i. in bono ipſe eliminat. i. excludit per ſeriem. i. per ordinem fatalis neceſſitatis omne malum de terminis ſue publice rei. i. mūdi quo fit vt mala que creduntᷣ habūdare

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

in terris ſi ſpectes prouidētiam diſponētē nihil perpendas vſq̄ eſſe mali. Tūc inuitat Boetium ad conſolationem metricam dicēs. video te eſſe oneratum pōdere queſtionis que difficilis eſt & fatigatum prolixitate orationis expectare aliquam dulcedinem carminis. Igit̄ accipe hauſtum dulcedinis metrice quo refectus. i. recreatus firmior conſcēdas in vlteriora. ¶ Notandum ꝙ dicit malum nuſq̄ eſſe in comparatione ad diuinam prouidentiam quia malum non eſt aliqua natura nec aliqua res. omnis enim natura & res appetit ſuā perfectionem. cum autem appetibile habeat rationē boni ſi malū eſſet natura & res appetens perfectionem malum eſſet bonum. ¶ Notādū ꝙ nullū eſt malum ſimpliciter & totaliter in mundo quin in cōparatione ad diuinam prouidentiam habeat rationē boni vnde expedit multos defectus cōtingere in vniuerſo ne multa bona tollant̄. Si eñ non corrumperet̄ aer ignis nō conſeruaret̄ nec vita leonis conſeruaret̄ niſi occideret̄ agnus vel aſinus neq̧ laudaret̄ iuſtitia nec patientia ſi non eſſet iniquitas Ex quo patet ꝙ multa ī comparatione ad nos ſunt mala que in comparatione ad diuinam prouidentiam omnia diſponentem ſecundum ꝙ melius competunt vniuerſo bona ſunt:.

## ¶ Metrum ſextum

Si vis celſi iura tonantis:. Iſtud eſt ſextum metrum huius quarti quod ſecundum quoſdam dicitur adonicum ſecūdum quoſdam archiloycū Ab inuentore tetrametrum. dactilicum a pede predominante. In quo metro philoſophia cōmendat diuinam prouidentiam in diſpoſitione rerum. & primo ex parte rerum que diuina diſpoſitione reguntur. ſecundo ex parte dei regentis ibi Sedet interea. Primo cōmendat diuinam prouidentiam in regimine corporum celeſtiū ſecundo in regimine elementoꝝ. tertio in regimine temporum. quarto in regimine generabilium & corruptibilium. ſecunda ibi Hec cōcordia. tertia ibi His de cauſis. quarta ibi Hec temperies. Primo dicit.

Si tu ſolers. i. ſapiens vis pura mente cernere iura. i. regimina quibꝫ mundus regit̄ celſi tonantis. i. dei aſpice culmina. i. altitudines ſummi celi. Illic ſydera ſeruant veterem pacem. i. antiquam concordiam quam eis diuina prouidentia indidit iuſto federe quia ſol concitus. i. commotus rutilo igne. i. calore non impedit gelidum axem phebes. i. lune nec vrſa que flectit rapidos motus circa polum ſeptentrionalem nunq̄ lota occiduo profundo. i. mari occidentali cupit tingere. i. mergere flammas oceano. i. mari cernens cetera ſydera mergi in mare & loquit̄ more vulgari credit enim vulgus ſtellas quando occidunt deſcendere in mare & veſper. i. venus ſemper equis vicibus temporis nūtiat ſeras vmbras noctis & eadem venus exiſtēs lucifer reuehit diem almū. i. clarū Sic eternus amor prouemiens ex diuina prouidentia reficit alternos curſus ſyderū ſic. i. per talem mutuam concordiam bellū diſcors exulat. i. expellitur ab oris aſtrigeris. i. a regionibus celeſtibꝫ que gerunt aſtra Notandum de hac dictione ſollers que ſecundum yſidoꝝ interpretat̄ quaſi ſollicitus in arte vel vtilis & ſic debet ſcribi per duplex l. ſed ſecundum Huguitionē dicit̄ a ſolon quod eſt totum vel multum & ars. tis. quaſi totus vel multus in arte & ſic debet ſcribi per ſimplex l ¶ Notandū ꝙ deus magis denominat̄ tonans a tempeſtate tonandi q̄ ab alia tēpeſtate quia maior terror per eam incutitur mentibus hominum q̄ per aliam. vnde per tēpeſtatem tonandi homines magis inducuntur ad recogitandam diuinam potentiā ¶ Notandum ꝙ vrſa habens. vii. ſtellas circa polum ſeptentrionalem mota nūq̄ occidit ſed ſemper nobis apparet licet alie ſtelle nobis oriant̄ & occidant. De venere autē que de nocte ſequit̄ ſolem & de mane lucifer dicta precedit ſolem viſum fuit in primo libro metro ſecundo:.

Hec concordia temperat equis:. Hic phīa cōmendat regimen diuine prouidentie in elementis dicens. Hec concordia ꝑuenies

ex diuina prouidentia temperat elementa
equis modis vt humida elementa pugnã=
tia · i · contraria cedant ſiccis vicibꝫ · i · vi=
ceuerſa ita ꝙ quãdoq̨ preualeant humida
quandoq̨ ſicca & ꝙ frigora · i · elementa
frigida iungant fidem · i · concordiã flam=
mis · i · calidis elementis ne vnum totalit̃
aliud corrumpat · Et hec cõcordia facit vt
pendulus ignis ſurgat in altum · i · moue=
at̃ ſurſum & terre graues pondere ſidant
· i · deorſum reſideant · Tunc cõmendat re=
gimen dei circa tempora dicens · Hiſdem
cauſis · i · ſimilibꝫ cauſis per diuinã proui=
dentiam ordinatis annus floriger · i · in quo
habundant flores ſpirat odores ipſo vere
· i · tempore veris tepente · i · incaleſcente
eſtas feruida ſiccat · i · maturat cererem · i ·
fruges · Autumpnus remeat · i · reuertit̃
grauis · i · onerosus pomis ymber defluxus
irrigat hiemem · Tunc cõmendat regimẽ
dei circa generabilia & corruptibilia dicẽs
Hec temperies · i · temperata diſpoſitio p=
uidentie diuine alit & profert quicquid in
orbe ſpirat vitã · i · quicquid viuit & eadẽ
temperies rapiens ea que fecit condit · i ·
abſcõdit & aufert ſcꝫ ab eſſe mergens orta
· i · producta ſupmo obitu · i · vltima mor=
te ¶ Notandum ſecundum cõmentatorem
· viii · phiſicoꝝ · Primum antiquum nihil
facit ſine ſecũdo antiquo · i · celo · ergo pri=
ma cauſa generationem & corruptionem
elementoꝝ & omnium in mundo & tẽpoꝝ
diſtinctionem operat̃ mediãtibꝫ corporibꝫ
celeſtibꝫ · vnde in libro de pomo Areſtoti=
lis ſcribit̃ ꝙ creator omnium ſua ſapiẽtia
preparauit ſperas & in qualibet ſpera ſtel=
las lucidas & dedit ipſis virtutem domi=
nandi in hoc mundo faciẽdi bonũ & malũ
mortem & vitam & incedunt ſtelle ſecũ=
dum virtutem ipſis a creatore datam ſe=
cundum deſiderium & voluntatem eius in
aſcendendo & deſcendendo nunc de oriẽte
ad occidens nunc de occidente ad oriens
ſine contradictione & omnes ſtelle ſunt ſi=
cut ſerui domino obedientes & curſus &
motus earum nõ eſt a ſeipſis nec virtute
earũ · ſed eſt creator qui facit eas moueri ·

Sedet intereã conditor altus : · Hic cõmẽ=
dat prouidentiam diuinam ex parte dei
regentis dicens · Interea dum res ſic ge=
runt̃ altus conditor · i · ſummus creator
rerum deus ſedet · i · in ſe immutabiliter
manet regens õnia flectit · i · moderat̃ ha=
benas rerum · i · frena exiſtens rex per ſa=
pientiam gubernationis · dominus p po=
tentiam creationis fons omnis bonitatis
& origo omnium & ipſe a nullo lex omnia
ligans & ſapiens arbiter · i · iudex equi · i ·
equitatis omnibus retribuens ſecundum
iuſtitiam qui ſcꝫ deus omnia regens cõci=
tat · i · excitat entia ire · i · procedere adeſſe
motu · i · p motum & ſiſtit · i · permanere
facit ad tempus ineſſe retrahẽs õnia ad nõ
eſſe & ipſe firmat per gratiam vaga · i · in=
ſtabilia per naturam nam niſi deus reuo=
cans rationes ictus · i · rectum progreſſum
qui eſt abeſſe ad non eſſe cogat · i · reducat
entia in flexos orbes · i · in quaſdam circu=
lationes ea que ſtabilis ordo diuine pro=
uidentie continet ipſa diſſepta · i · ſeparata
a ſuo fonte · i · a ſuo principio quod eſt deus
fatiſcant · i · deficiant & ad nihilum deue=
nient · hic fons eſt cõmunis amor cunctis
entibꝫ & cuncta repetunt · i · appetunt te=
neri · i · conſeruari fine boni · i · per finem
boni quia res aliter non queũt durare · i ·
ineſſe perpetuari niſi conuerſo amore re=
fluant · i · redeant cauſe · i · ad cauſã pri=
mam que dedit eis eſſe p creationẽ ¶ No=
tandum ꝙ entia regunt̃ a deo per quandã
circulationem ſecundum quam quodãmõ
perpetuantur ineſſe · verbi gratia deus ſic
diſpoſuit res vt ex ſemine prouemat her=
ba & econuerſo ex herba producatur ſe=
men · ſic in generatione elementoꝝ fit qui=
dam circulus dum ex aere generat̃ ignis
& iterum ex igne aer · Item in creaturis
rationabilibꝫ que progrediunt̃ a deo pro=
ductione nature fit iterum reflexio ad ip=
ſum deum per reductionem gratie vt ſic
nihil permaneat in rebꝫ ens & perfectum
niſi per quandam circulationem & hoc in=
uit phia i littera ¶ Notãdũ ꝙ finis ad quẽ
omnia naturali appetitu tendunt eſt ipſum

ſummum bonum quod eſt deus hunc finē
conſecunt̃ rationales creature per operati-
onem intellectus & voluntatis · Sed irra-
tionales creature conſecunt̃ ipſum ſolum
per hoc ꝙ ipſum repreſentant per quandā
participationem eſſendi · & ideo eodem ap-
petitu naturali quo aliquid appetit ſuū eſſe
eodem appetitu tendit in ſuum vltimū fi-
nem & hoc innuit ī littera cum dicit hic eſt
cunctis : ·

## Proſa ſeptima

IAm ne igit̃ vides : · Iſta eſt ſeptima &
vltima proſa huius quarti in qua philoſo-
phia deducit quandam concluſionem ex p̄-
miſſis · Et primo facit hoc · ſecūdo ſubiūgit
quandam exhortationē · ſecūda ibi Quare
inquit · Primo ponit concluſionem inten-
tam · ſecūdo comparat eam ad opinionem
vulgi · ſecunda ibi · Sed eam · Primo di-
cit · Vides ne iam o Boeci quid cōſequat̃
hec omnia que diximus · dicit Boetius ·
quid inquā · & phia · ōnē fortunā prorſus
eē bonā · dicit Boeti⁹ & quid īquā · i · quo-
mō pōt hoc fieri · Cui phia · Attēde īquit
Cū ōnis fortuna ſiue iocūda ſiue aſpera de-
ferat̃ cauſa remunerandi vel exercendi bo-
nos vel cauſa puniendi & corrigendi im-
probos patet ꝙ omnis fortūa eſt bona quā
vel conſtat eſſe iuſtam ſicut illa que punit
malos & premiat bonos vel conſtat eſſe v-
tilē ſicut q̄ exercet bonos & corrigit malos
dicit Boetius · nimis · i · valde vera eſt ra-
tio · & ſi prouidentiā quā paulo ante docu-
iſti & fatum conſiderem tunc ſententia eſt
nexa · i · firmata firmis viribꝰ · i · rationibꝰ
Notandum ꝙ ex quo ſecundū diuinā
prouidentiā bonis & malis nunc proſpera
nunc aduerſa eueniunt bonis propter re-
muneratione͞m proſpera & propter exerci-
tationem in virtutibꝰ aduerſa patet ꝙ p̄-
ſpera fortuna remunerans & aduerſa exer-
citans eſt bona · Item cum proſpera fortūa
malos emendet vt viſum eſt prius & ad-
uerſa ipſos corrigat & iuſte puniat patet
ipſam etiam eſſe bonam : ·
Sed eam ſi placet : · Hic comparat hanc
concluſionem ad opinionem vulgi oſtēdēs
eā vulgo eē inopinabilem & inquirit quid
vulgus ſentiat de qualibet fortuna · ſecū-
do ex opinione vulgi concludit quoddam
contrarium ipſi vulgo ibi · Vide igit̃ · di-
cit ergo · O philoſophia ſi placet eā opini-
onem ꝙ omnis fortuna ſit bona numere-
mus inter eas opiniones quas paulo ante
poſuiſti inopinabiles · dicit philoſophia ·
quid · i · propter quid · Boetius dicit quia
cōmunis ſermo hominum iſtud vſurpat
· i · in vſum capit quorundam fortunam
eſſe malam quorundam bonam · & dicit
philoſophia · vis ne o Boeci accedamus
pauliſper ſermonibꝰ vulgi ne nimium vi-
deamur receſſiſſe a cōmuni vſu hominum
dicit Boetius · vt placet · & philoſophia ·
nonne cenſes bonum quod prodeſt · dicit
Boetius · Ita eſt · & philoſophia · fortūa
que aut exercet aut corrigit prodeſt · dicit
Boetius · fateor inquam · ideo concludit
philoſophia · omnis fortuna bona eſt que
exercet & corrigit · dicit Boetius · quid ni
· i · quare non · & addit philoſophia · hec
fortuna que exercet eſt eoꝝ hominū qui
poſiti in virtute gerunt bella contra aſpera
ſed fortuna que corrigit eſt eorum homi-
nū qui declinantes a vicijs arripiunt iter
virtutis · dicit Boetius · Negare nequeo ·
querit philoſophia · Quid ē de fortuna io-
cunda que tribuit̃ bonis in premium nun-
quid vulgus decernit · i · iudicat eam eſſe
malam · dicit Boetius · nequaꝗ̄ ſed iudi-
cat eam eſſe optimam ſicut eſt · querit vl-
terius philoſophia · Quid eſt de reliqua
fortuna que punit que cum ſit aſpera &
coherceat malos iuſto ſupplicio nunquid
vulgus putat eam eſſe bonam · dicit Boe-
tius immo iudicat eam eſſe miſerrimam
omnium que excogitari poſſunt Nota ꝙ
omnis fortuna vel eſt ad exercendum bo-
nos & corrigēdum malos vel eſt ad remu-
nerandum bonos & puniendum malos ·
fortuna que eſt ad exercendum bonos &
ad corrigendum malos vtraqꝫ eſt bona ·
etiam ſecundum opinionem vulgi quod
probat philoſophia · Illud quod prodeſt
eſt bonum · ſed fortuna que exercet bonos

prodeſt bonis & que corrigit malos ꝓdeſt
malis ·ergo vtraq; eſt bona·ſFortuna aũt
que exercet eſt bonoꝝ qui gerunt bellum
contra vitia·ſFortuna que corrigit ẽ maloꝝ
qui declinant ad virtutes·ſFortuna autem
que remunerat bonos bona ẽ etiam ſecũdũ
vulgares·ſed que punit malos omnium
peſſima eſt ſecundum vulgares & hanc o-
pinionẽ vulgi de vtraq; fortũa phia tãgit
in littera:·
Vide igitꝰ:·Hic philoſophia ex conceſſis
a vulgo concludit quoddam inopinabile
& contrarium vulgo ſcz malam eſſe fortu-
nam tantum maloꝝ cum tamen opinetur
vulgus vt plurimũ malã fortunã euenire
bonis & dicit·Vide ne nos ſequẽtes opi-
nionem vulgi confecerimus·i·concluſeri-
mus quoddã valde inopinabile apud vul-
gum·Quid inquam dicit Boetius·& phia
Ex his enim que conceſſa ſunt ſecundum
opinionem vulgarem euenit ꝙ eorum qui
ſunt in perfecta poſſeſſione virtutis vel in
profectu vel in adeptione virtutis omnem
fortunam eẽ bonam ſiue ſit ꝓſpera ſiue ad-
uerſa·manentibꝫ aũt in improbitate om-
nem fortunam eſſe peſſimam·& dicit Bo-
etius·hoc verum eſt ſecundum vulgares
quãuis nemo audeat confiteri ſecundum
veritatem quia ĩ rei veritate omnis fortũa
bona eſt tam bonoꝝ ꝙ̃ maloꝝ vt probaſti
¶Notandum ꝙ omnis fortuna bona vel
eſt remunerans vel exercens vel corrigens
ſFortuna remunerans eſt eoꝝ qui ſunt in
poſſeſſione virtutis·ſFortuna exercens eſt
eoꝝ qui ſunt in profectu virtutis·ſFortũa
corrigens eſt eoꝝ qui incipiunt eſſe virtu-
oſi·Ex quo relinquitꝰ ꝙ eorum qui ꝑma-
nent in malitia ſit fortuna peſſima & hoc
verum eſt ſecundum opiniones vulgares·
¶Nota ꝙ quelibet fortuna poteſt dupli-
citer conſiderari vno modo in comparatio-
ne ad cauſam vniuerſalem que omnia re-
git & diſponit ordinando ſingula in finẽ
eis conuenientem ſic omnis fortuna bona
eſt vt probatum eſt·vel poteſt comparari
fortuna ad iſtum cui euenit & ſic ſolum il-
la dicitꝰ bona que aliquod bonum confert
illi cui aduenit & illa mala que nihil boni
confert:·
Quare inquit ita:·Hic philoſophia facit
quãdam exhortationem dicens·Ex quo
omnis fortuna eſt bona ſapiens vir nõ de-
bet moleſte ferre quotiens ducitꝰ in certa-
men fortune·i·cum fortuna & non decet
fortem virum indignari·i·turbari quoti-
ens increpuit·i·inſonuit bellicus tumul-
tus·i·ſtrepitus·Nam ipſa difficultas
bellandi & reſiſtendi fortune eſt vnicuiq;
viro forti & virtuoſo materia·i·cauſa
glorie propagande·exercitiũ enim bellicũ
eſt cauſa glorie viro forti·Illi vero ſcz vi-
ro virtuoſo reſiſtentia fortune eſt materia
·i·cauſa confirmande ſapiẽtie·i·virtutis
Ex quo·i·ex qua victoria talis difficul-
tas virtus vocatꝰ·dicitꝰ enim virtus eo ꝙ
ſuis viribꝫ nitens non ſuperetꝰ aduerſis &
ſubdit·Neq; enim vos poſiti ĩ profectu·i·
in via virtutis veniſtis ĩ mũdũ diffluere
delitijs & emarceſcere voluptate preliũ ni-
mis acre conſeritis·i·iudicabitis fieri cũ
omni fortuna ne triſtis fortuna vos oppri-
mat eiciendo in deſperationem aut iocunda
corrumpat alliciendo ad voluptatem oc-
cupate·i·tenete ergo medium virtutis
firmis viribꝫ quia quicquid infra ſubſiſtit
a medio virtutis deficiendo aut vltra pro-
greditꝰ medium virtutis excedendo illud
habet contemptum felicitatis·i·virtutis
& non habet premium laboris & in veſtra
manu·i·poteſtate ſitũ eſt qualẽ fortunam
vobis velitis formare ſcz bonam vel malam
Omnis enim fortuna que videtꝰ aſpera aut
exercet bonos aut punit malos & ſic bona
eſt ¶Notandum ꝙ philoſophia hortatꝰ
ſapientem ad magnanimitatem cũ dicit·
Sapiens non debet moleſte ferre fortunã
Nam ſecundum Areſtotilem in ethicis·
Sapiens bene ſcit ferre fortunas quia ha-
bet ſe ſine vituperio ſicut tetragonũ·Cor-
pus enim tetragonum quocunq; proicitur
firmiter ſtat & magnanimus eſt qui cõtra
difformes inſultus fortũe vnanimi mẽtis
conſtantia militat ¶Notandum ꝙ virtꝰ
conſiſtit in medio inter duo vitia extrema

ad quoꝝ vnum impellit proſpera fortuna
ad aliud aduerſa · verbi gratia · Aduerſi=
tas impellit ad deſperationē & timiditatē
proſperitas aūt ad preſumptionem & au=
datiam inter que conſiſtit medium virtu=
tis cuius exceſſus vel defectus eſt vicioſus
& hoc innuit philoſophia in littera ¶Nota
ꝙ in poteſtate hominis eſt facere fortunā
ſibi qualem vult ſcꝫ bonam vel malam qđ
declarat philoſophia in aduerſa fortuna
quia ſi eam accipimus bono animo ꝑ ex=
ercicio & correctione ipſa eſt bona · Si aūt
eam tolleramus malo animo & ꝑ pena ipſa
mala eſt : ·

## ¶Metrum ſeptimum

Bella bis quinis operatus annis : ·
Hic incipit ſeptimum & vltimū
metrum huius quarti quod dicitᷣ
ſaphicum ab inuentore · trochaicum a pede
predominante · in quo philoſophia confir=
mat ſuam exhortationem exemplo viroꝝ
forcium qui ſpretis voluptatibꝫ magnos
ſubierunt labores ſpe laudis & glorie · Et
primo ponit plura exempla · ſecundo hor=
tatᷣ nos ad imitationem eoꝝ ibi · Ite nūc
fortes · prima pars poſſet diuidi ī tot ptes
quot exempla ponit que patebunt · Primū
exemplum eſt tale · Paris filius priami
regis troianoꝝ in gretiā ꝓfectus rapuit
Helenam vxorem Menelay & duxit eam
in frigiam regionem · Menelaus aūt con=
queſtus fratri ſuo agamenoni hoc factum
Menelaon conuocatis principibꝫ grecoꝝ
tranſfretauit in frigiam & obſedit troyā
decem annis quam tandem deſtruxit &
maioribꝫ interfectis populum captiuauit ·
Cum aūt Agamenon proficiſceretᷣ verſus
troyam deuenit in quandam inſulam vbi
factus eſt ei ventus contrarius · & requiſi=
uit vates quid eſſet faciendum qui dixerūt
ꝙ non haberet ventum proſperū niſi pla=
caret dyanam ſacrificando ei ſuam filiam
Cui licet hoc videretᷣ durum propter pi=
etatem paternam · tamen ſuadente Vlixe
ſpe laudis & glorie ſuꝑ victoria obtinēda
conſenſit vt eam īmolaret quo facto obti=
nuit ventum proſperum ad voluntatem ·

dicit ergo in littera · Atrides · i · agamen=
non atride filius exiſtens vltor operatus
bella bis quinis · i · decem annis piauit · i ·
purgauit vlciſcendo amiſſos thalamos · i ·
vxorem contentā in thalamo fratris Me=
nelay ruinis · i · deſtructionibꝫ frigie · i · tro
ye que ſita fuit in frigida dum ille Aga=
menon optat dare · i · exponere vela graye
claſſi · i · naui grecali & dū redimit vētos
cruore filie ſue ipſe exuit · i · depoſuit patrē
· i · pietatem paternam & ſacerdos triſtis
exiſtens federa · i · in federe ſacrificat mi=
ſerum iugulum · i · collum vel guttur nate
· i · filie Agamenonis · Secundum Hug=
uitionem enī iugulum eſt idem ꝙ guttur
vel gutturis inciſio : ·
Fleuit amiſſos itacus ſodales : · Hic phia
ponit ſecundum exemplum in quo decla=
rat fortia acta ipſius vlixis intendens ta=
lem fabulam · Vlixes rediens de bello tro=
yano decem āńis errauit in mari ſuſtinēs
multa aduerſa tandem caſualiter venit ad
antrum poliphemi qui erat maximꝰ gigas
habens vnicum oculū in fronte qui ſocios
vlixis occidit & vorauit · ſuper quo vlixes
cōtriſtatus ſuſtinuit vſqꝫ predictus gigas
cibo repletus obdormiret quo dormiēte o=
culum quem in fronte habuit eruit · Qui
euigilans furibundus queſiuit vlixem ſed
excecatus eum inuenire non potuit · dicit
ergo in littera · ytacus · i · vlixes ab itala
regione vel ab auo ſuo ytaco ſic dictus ille
fleuit · i · defleuit amiſſos ſodales quos
ferus poliphemus recubans · i · morans in
vaſto antro · i · magno merſit immani al=
uo · i · magno ventre · ſed tamen Vlixes
furibundus rependit · i · reſtituit gaudiū
meſtis lacrimis · i · ſuis triſticijs ore · i · fa=
cie poliphemi ceco · i · excecato : ·
Herculem duri celebrant labores : · Hic
ponit aliud exemplum in quo deſcribit ac=
ta Herculis & labores eius quibꝫ fingitur
meruiſſe celū dicēs · duri labores aſſumpti
celebrant · i · celebrem reddunt herculem ·
Cuius ponit primum laborem ſcꝫ domati=
onem centhauroꝝ dicens · Iſte Hercules
domuit ſuperbos centhauros qui eum con=

tempſerunt ¶ Vbi notãdum ꝙ centhauri monſtra quedam dicta ſunt ex medietate hominis & ex medietate thauri quos poete fingunt genitos ex ſemine Ixionis qđ proiecit in nubem qua iuno circumdederat ſe fugiens a facie eius volẽtis cum ea concubere hos centhauros Hercules domuit. Cum enĩ conuenissent ad ludum paleſtine in monte foloꝛ Hercules congreſſus cũ eis ipſos vſq ad effuſionem ſanguinis proſtrauit :·

Abſtulit ſeuo ſpoliũ leoni :· Hic ponit ſecundum laborẽ Herculis dicens. Hercules abſtulit ſpolium · i · pellẽ ſeuo leoni ¶ Vbi notandũ ꝙ in ſilua nemica fuit quidam leo crudeliſſimus qui homines toti⁹ regionis inuaſit quem aggreſſus Hercules pro liberatione patrie ipſum interemit & excorians ipſum pellem pro ſpolio abſtulit :·

Fixit & certis volucres ſagittis :· Hic ponit tertiũ laborẽ dicẽs · Hercules fixit volucres · i · arpias certis ſagittis ¶ Vbi notandum ꝙ rex Finnus ſuos filios excecauit qui nouercam ſuam de ſtupro accuſauerant propter quod inuidia deoꝝ ipſe eſt excecatus & appoſite ſunt ei arpie · i · volucres virginei vultus rapientes cibum de mẽſa ei⁹ quas Hercules ſagittis ſuis fixit & fugauit :·

Poma cernenti rapuit draconi :· Hic tangit quartum laborem · d · Hercules rapuit poma draconi cernenti · i · cuſtodienti illa rapuit aureo metallo · i · cum claua aurea Hercules inquã factus grauior · i · fortior leua · i · manu ¶ Vbi notandum ꝙ ſeptẽ fuerunt filie Athlantis habentes ortũ aureum cum pomis aureis que draco cuſtodiebat · Hercules aũt ſupueniens draconi poma aurea abſtulit :·

Cerberum traxit triplici cathena :· Hic ponit quintum laborem · d · Hercules cerberum · i · canem infernalem traxit ab inferis triplici cathena ¶ Vbi notandum ꝙ Piritonius volens ſibi deſponſare reginã inferni Herculem & Theſeum & alios viros fortes aſſumpſit quib⁹ venientib⁹ ad infernum Cerberus ianitor inferni ipſos latratu ſuo impediuit · Hercules aũt ipm trib⁹ cathenis vinxit · vel ſecundum alios ipm traxit de inferno triplici cathena quia dicit̃ habere tria capita canina triplici cathena vincta :·

Victor immitem poſuiſſe fert̃ :· Hic ponit ſextum laborem · d · Victor ſcȝ hercules fert̃ poſuiſſe immitem dominum ſcȝ dyomedem in pabulum ſeuis quadrigis · i · equis quadrigam trahentib⁹ ¶ Vbi notãdũ ꝙ dyomedes fuit rex tracie qui equos ſuos pauit humana carne quem Hercules interfectum dedit ſuis propriis equis deuorandum :·

Idra combuſto peryt veneno :· Hic ponit ſeptimum laborẽ dicens · Idra · i · ſerpens peryt combuſto veneno ſuo ¶ Vbi notãdũ ꝙ in lerna palude fuit quidam ſerpẽs habens plura capita quoꝝ vnũ preciſo ſuccreſcebant tria quem Hercules aggreſſus ſagittãdo cũ nõ videret ſe pficere collecta cõgerie lignoꝝ ipm combuſſit :·

Fronte turbatus achelons ampnis :· Hic ponit octauũ laborem Herculis ¶ Vbi ſciendum ꝙ cum Hercules vellet deducere filiam cuiuſdam regis que dicebat̃ deianira fluuius achelons quem debebat tranſire mutauit ſe in diuerſas formas pugnando contra Herculem. Cũ aũt vltimo mutaſſet ſe in ſpeciem thauri Hercules ipſo deiecto abſtulit ſibi vnum cornu quod ſacrificauit copie · i · dee fortune propter quod achelõs verecundia confuſus fugit & i aquis latuit vnde dicit in littera. Achelons ampnis · i · ille fluuius fronte turbatus propter ablationem cornu ipſe merſit in ripis ora pudibunda quia latuit pre pudore in ripis :·

Strauit antheum libicis arenis :· Hic ponit nonum laborẽ dicens · hercules ſtrauit · i · occidit Antheũ illũ gigantem arenis libicis · i · in arenis libie regionis ¶ Vbi notandũ ꝙ Antheus erat gigas de terra progenitus cuius erat talis virtus ꝙ ſi aliquando ex fatigatione debilitaret̃ tactu terre ſtatim recuperabat vires. Qui cũ exerceret magnam tirannidẽ in libia aduenit hercules · & congreſſus cum eo diu ſimul

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

luctabant̃ · Cum aũt Antheus ſentiret ſe
debilitari ſponte cecidit in terram & ſic re-
ſumpſit vires qđ hercules cognoſcẽs ipſum
a terra eleuauit & ſupra pectus ſuũ ipſum
tenẽdo oppreſſit quouſqȝ ſpiritũ exalaret :·
Cacus euandri ſaciauit iras :· Hic ponit
decimum laborem ¶ Vbi notandũ ꝙ cac⁹
fuit monſtrum euomens ignem ꝑ os cui⁹
pater fuit vulcanus · manebat aũt cacus in
monte auentino ſpolians & occidens ho-
mines & furto plurimum inſiſtens · Cum
aũt hercules veniret de hiſpania ducẽs ſecũ
multos boues · cacus quoſdã boues hercu-
lis furabat̃ & traxit eos ĩ antꝝ ſuũ retror-
ſum per caudas ne furtum pateret · cũ aũt
hercules quereret boues ꝑ mugitũ vnius
bouis puenit ad antrũ caci · quo extracto
ipm̃ interfecit cuius morte placata eſt ira
euandri quẽ idem cacus multũ offenderat
vnde dicit · Cacus ſupple morte ſua quam
paſſus eſt ab hercule ſaciauit · i · cõpeſcuit
iras euãdri quẽ cacus multũ offenderat :·
Quoſqȝ cõpreſſus foret altus orbis :· Hic poĩt
vndecimum laborem herculis ¶ Vbi no-
tandũ ꝙ in archadia erat quidam aper de-
uaſtans totam regionem quẽ cũ hercules
agitaret aper ſibi inſultans humeros her-
culis ſpuma maculauit quẽ aprũ tandem
interfecit · vnde dicit · Setiger · i · aper ge-
rens ſetas notauit · i · maculauit humeros
herculis ſupple ſpuma vel ſaliua quos hu-
meros altus orbis foret · i · erat compreſſus
quia vt ſtatim patebit Hercules humeris
ſuis celum ſuſtulit :·

Vltimus celum labor irreflexo :· Hic po-
nit duodecimũ & vltimum laborem eius ·
¶ Vbi notandum ꝙ Athlas fingit̃ fuiſſe
quidam gigas ſupportans celum humeris
ſuis hic fatigatus rogauit Herculẽ vt celũ
ſupportaret quouſqȝ ipſe reſpiraret quod &
Hercules fecit & ꝑ hoc celũ meruit · vnde
dicit · Vltim⁹ labor herculis fuit ꝙ ſuſtulit
· i · ſupportauit celum collo irreflexo · i · in-
clinato & rurſus meruit celum tanqȝ p̃tiũ
vltimi ſui laboris :·

Ite nũc fortes vbi celſa magni :· Hic hor-
tat̃ phia ad imitationem predictoꝝ fortiũ
viroꝝ · d · Ite nunc fortes reſiſtentes ad-
uerſitatibꝫ · ite illic vbi ducit via celſa · i ·
ardua magni herculis que eſt via virtutũ
& via magni exempli ad aggrediẽdũ for-
tia · & tunc inuehit̃ cõtra tardos & vicio-
ſos · d · Cur vos inertes · i · homines ſinẽ
arte ſicut homines deſidioſi cur nudatis
terga · i · dorſa veſtra fugiendo labores &
aduerſa · nam tellus · i · terrena cõcupiſcẽ-
tia ſupata donat homini ſydera · i · celum
quia ſupata terrena concupiſcentia efficit̃
homo dignus celo quod eſt locus deoꝝ &
ſpirituũ · Nam ſecundum Areſtotilẽ p̃mo
celi & mundi · Omnes eum locum qui ſur-
ſum eſt deo attribuũt & barbari & greci
quicunqȝ putãt deos eſſe de quo loco dicit
Plato in fedrone · viri ſpeculatiui viuẽtes
ſecundum vitam contemplatiuã celeſtes
ſedes recipiunt in quibꝫ felicitate deoꝝ po-
tiunt̃ · qua felicitate nos faciat particeps
ieſus chriſtus qui eſt deus ſuper omnia be-
nedictus in ſecula ſeculoꝝ Amen :·

¶ Explicit liber quartus ·

¶ Incipit quintus :·

¶ Proſa prima

Dixerat oracõniſqȝ curſum :· Hic
incipit quintus liber Boecij de
conſolatione phie · cuius hec ẽ
prima proſa · in qua philoſo-
phia vult ſoluere quedam dubia ſuam de-
terminationem conſequentia de fato & ꝓ-
uidentia · videt̃ enĩ ex dictis ꝙ caſus non
ſit quia ſi omnia ſunt prouiſa ita ꝙ nihil
eueniat preter ordinem prouidentie diuine
videt̃ ꝙ nihil caſualit̃ eueniat quia caſus
importat euentum inopinatũ · Itẽ videt̃
ex dictis ꝙ liberum arbitrium nõ ſit quia
omnia diſponunt̃ ſecũdum ordinẽ fatalis
neceſſitatis · liberũ aũt arbitriũ neceſſitatẽ
excludit · videt̃ ergo ſi ponit̃ prouidentia
& fatum ꝙ omnino excludat̃ liberũ arbi-
trium · phia ergo in p̃ſenti libro inquirit
vtrum caſus ſit & quid ſit · & ĩquirit vtꝝ
liberum arbitrium ſit ponẽdo argumenta
quibꝫ liberum arbitrium cũ puidẽtia diui-
na non videt̃ poſſe ſtare · poſt hoc ponit
falſam ſolutionem quorũdã quã improbat

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

& ponit ꝓpriam quā rationib9 confirmat &
de eternitate determinat & alia plura ſicut
patebit. Et diuidit᷑ iſte liber in vndecim
partes quia ſex ſunt proſe & quinqꝫ metra
eius. que ptes & que in ipſis determinant᷑
patebūt in proceſſu libri. In prima proſa
determinat de caſu & primo Boetius tā-
git acta phie cōmendans eius exhortatio-
onem factam & mouet queſtionem de caſu
Secūdo phia excuſat ſe ab eius determi-
natione & Boetius illam excuſationē re-
mouet. Tertio phia determinat de caſu.
ſecunda ibi. Tum illa feſtino. Tertia ibi
Tū illa morē. Primo dicit. Philoſophia
dixerat hec ṗdicta & vertebat curſum o-
rationis. i. ſermonis ad tractanda que-
dā alia atqꝫ expedienda. Tunc ego Boe-
tius inquā. O phia recta eſt tua exhorta-
tio facta & prorſus eſt digniſſima autori-
tate. ſed ꝙ tu dudum dixiſti ſexta pſā
quarti libri queſtionem de ꝓuidentia im-
plicatam eſſe pluribꝰ alijs ſcꝫ queſtionibꝰ
ego experior re. i. realit᷑. quero enī an ar-
bitreris caſum omnino aliquid eſſe ſupple
in rerum natura & quid nam arbitraris eē
caſum ſupple ſi eſt in rerum natura ¶ No-
tandum per hoc ꝙ dicit Boetius dixerat
innuit phiam iā expediuiſſe que ad ſui ſpe-
culationem ſpectabant & ita terminaſſe
principalem huius libri intentionē & phia
vertebat curſum orationis. i. orationē cur-
rentem quia oratio philoſophie nō impe-
diebat᷑ ignorantia docentis nec tarditate
dicentis hanc orationē vertebat ad quedā
alia tractanda que aūt fuerunt illa Boeti9
non exprimit quia forſitan ſua opinione
minus erant deſideranda vel forſan quātū
ad propoſitū extranea ¶ Notandū ꝙ dicit
exhortationem phie fuiſſe rectā quia phia
hortabat᷑ ad virtutes & ad contemptum
fortuitoꝝ talis aūt exhortatio que fit ad
bonum pſequendū & malū fugiendū recta
eſt. & dicit exhortationem phie eſſe dig-
niſſimam autoritate quia quod a ſapiētibꝰ
dicit᷑ autoritate ſapiētis dignū reputat᷑ :·
Tum illa feſtino inquit :· Hic phia excu-
ſat ſe de huius opinionis vl᷑ queſtionis de-
terminatione & Boetius illam excuſatio-
nem remouet. d. Phia inquit ego feſtino
abſoluere. i. perficere debitum ꝓmiſſionis
& aperire tibi viam qua reueharis ad pa-
triam. Hec aūt que tu queris de caſu & ſi
pro quāuis ſunt perutilia cognitu. i. cog-
nitione tū pauliſper auerſa ſunt a tramite
. i. via noſtri propoſiti. & dicit pauliſper
quia non ſunt totaliter auerſa ſed aliquā-
tulū elucidāt premiſſa. & eſt verendū. i.
timendū ne tu fatigatus deuijs. i. queſtio-
nibꝰ extraneis non poſſis ſufficere ad me-
tiendū. i. tranſeundum rectū iter. dicit
Boetius. O phia ne illud vereare. i. nō ti-
meas quia hoc fuerit mihi loco quietis ag-
noſcere ea quibꝰ maxime delector & cum
omne latus. i. omnis circumſtantia tue
diſputationis mihi conſtiterit fide indubi-
tata nihil eſt quod ambigat᷑ de ſequentibꝰ
¶ Notandum ꝙ dicit qua via reueharis
patriam. hic patriam vocat beatitudinem
quā prius inuenire docuit illa aūt ꝑ que hō
peruenit ad ipſam ſunt virtutes de quibꝰ
Boetius intendebat agere non in hoc li-
bro ſed in vltimis libris muſice ſue agēdo
de muſica humana. intentionē aūt ſuā nō
compleuit quia a rege Theodorico morte
preuentus fuit :·
Tum illa morē inquit :· Hic phia deter-
minat de caſu ſoluendo ꝑmiſſas cauſas &
queſtiones. primo ſoluit primā an caſus
ſit. ſecundo ſecūdā quid ſit caſus ibi Licꝫ
igit᷑. Primo oſtendit quid ſignificet᷑ per
nomen caſus ponendo opinionē quorūdā.
Secundo improbat illā opinionē ibi Quis
enī. Primo dicit. O Boeci ego geram tibi
morem. i. confirmabo me voluntati tue &
ſimul ſic eſt exorſa. i. ſic incepit ſi aliquis
diffiniat quo ad nomē dicēs caſum eē euē-
tū ꝓductum motu temerario. i. improuiſo
& nulla cōnexione cauſarū. Ego phia af-
firmo caſum ſic omnino nihil eſſe & decerno
. i. iudico vocem caſus prorſus eſſe inanem
preter ſignificationem rei ſubiecte. ſicut
hec vox chimera inanis eſt ¶ Notandum
ꝙ ꝙuis queſtio ſi eſt precedat queſtionem
quid eſt ſecundū ꝙ queſtio quid eſt querit

de quidditate rei quia · quid eſt rei nulli
debet̃ niſi enti tamen queſtio quid eſt que-
rens de quo quid ē nominis eſt prima cog-
nitio & ideo ex quo quid eſt nominis opꝫ
ſcire de aliquo ſi eſt ꝓpter hoc philoſophia
ad querendũ de caſu vtꝝ ſit vel non acci-
pit ꝙ quid eſt quod ſignificat̃ per nomen
& dicit · Si aliqui dicunt caſum eſſe euẽtũ
temerarium ſine omni cauſa productũ ego
video vocẽ caſus eſſe inanem tãꝙ ſibi nihil
correſpondeat in re : ·

Quis enĩ coercente : · Hic phia improbat
opinionem iſtã oſtendens caſum nihil eſſe
ſecũdum eam · ſecundo ſoluit queſtionem
ſecũdum rei veritatẽ ibi · Areſtotiles me⁹
Primo ponit vnã rationẽ · ſecundo aliam
ibi Nam nihil · Antiqui dicebãt ꝙ caſus ē
euentus temerarius · i · improuiſus · Cõtra
hoc arguit phia ſic · vbicũqꝫ omnia ſunt ꝓ-
uiſa ibi nihil ē temerarium · ſed omnia que
ſunt prouiſa ſunt a deo · ergo inter ea que
ſunt nihil eſt temerariũ · Hac rationẽ bre-
uiter innuit in littera dicens · Quis enĩ loc⁹
vllus poteſt eſſe reliquus · i · relictus teme-
ritati · i · improuiſioni deo coercente cũcta
in ordinem ſcꝫ prouiſum quaſi dicat null⁹

Notandum ꝙ omnia a deo ſunt ꝓuiſa
cuius ratio eſt · Quorũcunqꝫ deus eſt cauſa
omnia talia prouiſa ſunt a deo · ſed deus ē
cauſa omnis entis · ergo omnia entia a deo
ſunt prouiſa · Qꝫ autem deus ſit cauſa om-
nis entis patet quia ab ipſo dependet celũ
& tota natura vt patet ex · xii · methaphi-
ſice : ·

Nam nihil ex nihilo exiſtere : · Hic ponit
aliam rationẽ probantẽ ꝙ caſus nõ poteſt
eſſe ſine omni cauſa productus ſicut dice-
bant antiqui · & arguit ſic · Quod eſt ex
nihilo nihil eſt · ſed quod ex nulla cauſa ē
ex nihilo eſt · ergo quod ex nulla cauſa eſt
nihil ē · ſed ſecundũ antiquos caſus eſt ex
nulla cauſa quia eſt productus ſine omni
connexione cauſarũ · ergo caſus nihil eſt ·
vnde dicit in littera · Vera ſententia eſt
cui nemo vnꝙ veterũ refragatus ē · i · cõ-
tradixit ſcꝫ ex nihilo nihil exiſtere · quãꝙ
illi antiqui illã propoſitionem ex nihilo ni-
hil exiſtere iecerint · i · poſuerint quaſi qd-
dam fundamentũ non de operante princi-
pio ſcꝫ de deo creatore quia ille ex nihilo
aliquid fecit · ſed intellexerunt hoc de ma-
teriali ſubiecto · i · de tota natura fundata
in materia & exponit ſeipſum dicẽs · hoc ē
de natura omniũ rationũ · i · de materia que
eſt ſubiectũ formarum naturaliũ · Sed ſi
aliquid oriat̃ ex nullis cauſis id videt̃ eſſe
ortũ ex nihilo · ſed hoc fieri nequit vt ali-
quid oriat̃ ex nihilo · ergo non eſt poſſibile
caſum eſſe huiuſmodi · i · talẽ qualẽ paulo
ante diffiniuimus ſecundũ antiquos ꝙ ſit
euẽtus temerarius ſine cõnexione cauſarũ
Quid ergo dicendũ eſt de caſu querit Bo-
etius · Eſt ne nihil ĩ rerũ natura quod iure
poſſit appellari caſus ꝉ fortuitũ uꝉ ē aliquid
tam & ſi pro ꝗuis lateat vulgus cui iſta
vocabula conueniant Notandum ꝙ hec
propoſitio ex nihilo nihil exiſtere vera eſt
in comparatione ad cauſam particularẽ q̃
in ſua actione preſuponit materiã tñ in cõ-
paratione ad cauſam vniuerſalem que eſt
cauſa totius entis non eſt vera · vnde di-
cimus deũ omnia creaſſe ex nihilo & fide
tenemus · ſed antiqui de iſto mõ ꝓductio-
nis p creationẽ non loq̃bãt̃ ſed primo mõ
vnde Areſtotiles primo phiſicoꝝ · Impoſ-
ſibile eſt aliquid fieri ex his que non ſunt
de hac enim opinione cõueniũt omnes qui
de natura ſunt : ·

Areſtotiles meus inquit in phiſicis : · Hic
phia ſoluit queſtionem de caſu · & primo
oſtẽdit eã eſſe ſolutã ab Areſtotile & oſtẽ-
dit modũ eius · ſecundo declarat ꝙ caſus
licet non habeat cauſas per ſe habet tamẽ
cauſas per accidens ibi · Hec ſunt igitur ·
Primo dicit · Areſtotiles meus · i · doctri-
na mea nutritus & deditus diffiniuit ca-
ſum in phiſicis · i · in ſecundo phiſicorum
breui ratione & propinqua veri · i · veritati
& querit Boetius · Quo nã inquã modo ·
dicit phia · Quotiens aliquid gerit̃ · i · fit
gratia cuiuſpiã rei · i · alicuius rei & aliud
contingit quibuſdam de cauſis ꝗ̃ quod
intendebat̃ illud vocat̃ caſus vt ſi aliquis
cauſa colendi agri fodiens humũ inueniat

pond⁹ auri defoſſum hec īuentio auri cre-
dit̃ fortuitu · i · a caſu accidiſſe verū ꝓ ſed
talis euentus caſualis non eſt de nihilo · i ·
de nulla cauſa ſicut dicebat diffinitio anti-
quoꝝ · nam euentus caſualis habet ꝓprias
cauſas quarū concurſus inopinatus & im-
prouiſus ſupple ab eo qui aliquid fecit cau-
ſa alterius rei videt̃ operatus eſſe caſum ·
niſi eñ cultor agri foderet humū que ſup-
ple foſſio eſt vna cauſa inuentionis auri &
niſi eo loco depoſitor obruiſſet · i · abſcōdiſ-
ſet pecuniā ſuā que eſt alia cauſa inuentio-
nis auri aurū non eſſet inuentū ¶ Notādū
ꝙ caſus ſecundū Areſtotilem eſt quando
aliquid fit propt̃ aliquem finem vt foſſio
agri propter ſeminationē ſi aliquid aliud
euenit ex quibuſdā cauſis preter hoc quod
intendebat̃ hoc eſt caſus vt inuentio the-
ſauri caſualis eſt que non intendebatur a
foſſore agri · Ex quo patet ꝙ inuētio the-
ſauri eſt caſualis non ideo ꝙ non eſt pro-
uiſa a deo · ſed quia non eſt preuiſa ab ho-
mine & ita caſus nihil eſt quo ad deū ſed
eſt aliquid quo ad hominem preter cuius
intentionē & prouiſionē euenit : ·

Hee ſunt igitur fortuiti cauſe : · Hic oſtēdit
pħia ꝙ licet caſus habeat cauſas nō tamē
habet cauſas per ſe ſed per accidens dicēs
Hee igit̃ ſunt cauſe fortuiti compendy · i ·
fortuiti euentus quod fortuitū compendiū
prouenit ex cauſis obuys & confluentibꝰ
non ex intentione gerentis non enim ille
qui aurum obruit vel qui agrū exercuit · i ·
fodit intendebat vt ea pecunia reperiretur
ſed vt dixi preter gerentis intentionem
euenit hunc fodere quo ille obruit pecuniā
& occurrit ſupple inuentio pecunie ¶ No-
tandū ꝙ cauſa efficiens non agit niſi mo-
ueat̃ a fine · Finis aūt non mouet niſi ſe-
cundū ꝙ eſt in intentione & ideo reſpectu
illius effectus qui eſt in intentione agens
eſt cauſa per ſe ſed ſi aliquid contingat ī
actione preter intentionem agentis illius
agens eſt cauſa per accidens & ſic caſus ·
quia contingit preter intentionem agentis
non habet cauſam agentem per ſe ſed per
accidens : ·

Licet igit̃ diffinire : · Hic pħia ſoluit ſe-
cundam queſtionem oſtendendo quid ſit
caſus · Concludit ergo diffinitionē eius
ex iam dictis dicens · Licet igit̃ diffinire
caſum eſſe euentum inopinatum ex cauſis
confluentibꝰ in his que gerunt̃ ob aliquid
aliud · Tūc oſtendit q̃mō effectus caſualis
cadit ſub ordine prouidentie dictum ē eñ
ꝙ caſus prouenit ex cauſis confluentibus
ꝙ aūt cauſe confluāt hoc prouenit ex or-
dine prouidentie · vnde dicit · Cauſas ve-
ro concurrere & confluere facit iſte ordo
ſcʒ fatalis procedens ineuitabili cōnexione
ſcʒ cauſarū qui deſcendens ſupple ordo de
fonte prouidentie cuncta diſponit ſuis tē-
poribꝰ & locis ¶ Notandū ꝙ diffinitio ca-
ſus eſt bona quia per eā caſus diſtinguit̃
ab alys · ꝑ hoc ꝙ dicit̃ caſus ē euēt⁹ inopi-
natus excludit̃ effectus neceſſario euenīēs
vel vt frequenter ſicut ſolem oriri vel ho-
minem naſci cū quinq̧ digitis in vna ma-
nu talia eñ non eueniūt caſualiter & ino-
pinate · per hoc ꝙ dicitur ex confluentibꝰ
cauſis excludit̃ caſus primo modo dictus
qui ſecundū antiquos ponebat̃ produci ex
nulla connexione cauſarū · per hoc autē ꝙ
dicit̃ in his que gerunt̃ ob aliquid aliud
per hoc excludit̃ a caſu caſualitas per ſe
caſus eñ & fortuna ſunt cauſe per accidēs
& fiūt preter intentionem agentis : ·

¶ Metrum primū

Rupis achamenie ſcopulis : · Iſtud
eſt primū metrū illius quinti qđ
dicit̃ metrū elegiacum & primū
metrū eſt dactilicū exametrum · ſecundū
eſt trochaicū penthametrū vel dactilicum
penthametrū · In quo pħia oſtendit quo-
modo euentus caſualis ſe habet ad proui-
dentiā diuinā · Eſt aūt materia exempli
ꝙ tigris & eufrates ſūt duo fluuy ab eodē
fonte procedentes qui poſtea abinuicē di-
uidunt̃ & ſi iterum cōcurrant neceſſe ē na-
ues & alia que per iſta flumina deferunt̃
concurrere qui quidem concurſus ꝓuenit
inquantū regunt̃ de curſu iſtoꝝ fluuioꝝ
& tamen eſt preter intentionem iſtoꝝ qui
regunt naues. eodē modo cōcurſus cauſaꝝ

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

caſualis q̄uis ſit preter intētionem ipſoꝝ agentiū tamen concurrūt ſecūdū defluxū ordinis fatalis ex regimine diuine ꝓuidētie & q̄uis nobis ignorantibꝰ ordinē diuine prouidētie videat̄ aliquid caſuale & fortuitum tamen in comparatione ad deum omnia ſunt ordinata & prouiſa · vnde dicit in littera · Tigris & eufrates reſoluūt ſe vno fonte ſcopulis · i · ex concauitatibꝰ rupis achimenie · i · montis parthie vbi ſcꝫ in parthia fugax pugna verſa ſpicula · i · ſagittas figit pectoribꝰ ſequentiū · Eſt enī cōſuetudo parthoꝝ ꝙ fugiēdo pugnāt ſagittando a tergo contra inſequentes · & mox · i · poſt paruum ſpatium tigris & eufrates diſſociant̄ abiunctis aquis ſupple alÿs & ſi dicti fluuÿ iterum coeant · i · cōueniant & reuocent̄ in vnum curſum · cōfluat · i · oportet cōfluere illud quod vnda alterni vadi · i · vtriuſq̄ fluminis trahit · i · ſecū ducit & conuenient puppes & trunci vulſi · i · eradicati flumine · i · per flumen & vnda mixta · i · confluens implicet · i · implicabit fortuitos modos quia vnda faciet cōcurrere fortuitu naues & trūcos q̄s tn̄ vagos caſus · i · caſuales euēt⁹ regit ipſa decliuia terre · i · depreſſio terre dans viam fluuio & defluus ordo lapſi gurgitis · i · currentis aque regit illos vagos curſus & ita eſt de euētu caſuali reſpectu prouidētie vnde dicit · Sors · i · caſus vel fortuna que videtur fluitare permiſſis habenis · i · ſine regimine illa patit̄ frenos · i · regimina & meat · i · tranſit ipſa lege · i · per ipſā legem diuine prouidentie ¶ Nota ꝙ ſcribit̄ in Geneſi · Tigris & eufrates ſunt flumina quoꝝ ortus eſt in paradiſo · ſed Iheronimus autoritate Saluſtÿ dicit ꝙ ort⁹ Tigris & eufratis demonſtrat̄ in armenia · i · in parthia cui videt̄ Boetius hic cōſentire Beatus aūt Auguſtinus ſup Geneſim ad litterā iſtam cōtrarietatem cōcordat dicēs · Illud contingit in iſtis fluminibꝰ quod in alÿs experimur ſcꝫ ꝙ aliqn̄ abſorbēt̄ a terra & iterū oriūt̄ & quia hoc ſepe poteſt cōtingere · ideo de ortu ipōꝝ fluuioꝝ diuerſa poſſunt dici · Quando enim moyſes dicit in Geneſi ꝙ oriant̄ in paradiſo poteſt intelligi de prima origine coꝝ · ſed ꝙ dicit̄ ab alÿs ꝙ alias oriant̄ poteſt intelligi de ortu coꝝ ſecundario ¶ Notandū ꝙ pthia eſt regio quedam que alio nomine dicitur Achimenia vnde dicunt̄ homines parthi qui vincunt hoſtes ſuos fugiendo ſagittas a tergo mittendo & ſic amor vincendus ē fugiēdo · vnde poeta dixit · Qua ſpetie martis cedit victoria parthis · Cipris ea parte ſimili q̄ꝫ vincit̄ arte · Cipris · i · ven⁹ q̄ colebat̄ in cipro · & pauper Heinricus · Proſcribas igit̄ gladÿs & fuſtibꝰ ipm̄ ſupple amorem · Et fugiendno fuga quem fuga ſola fugat : ·

¶ Proſa ſecunda

Animaduerto inquā : · Hic incipit ſecunda proſa huius quinti ī qua incipit determinare de conuenientia liberi arbitrÿ ad prouidentiā diuinā · Et primo querit an liberum arbitriū poſſit ſtare cū ꝓuidentia diuina · & phia probat liberum arbitriū eſſe · ſecundo oſtēdit quomodo diuerſificatur in diuerſis · & tertio oſtendit actus liberi arbitrÿ cadere ſub prouidentia diuina · ſecūda ibi · Sed hanc · tertia ibi · Que tamen ille · Primo dicit · Animaduerto inquā · i · cognoſco quomō caſus ſtat cū prouidentia & ita eſſe cōſencio ſicut dixiſti · & querit Boetius · Eſt ne vlla libertas arbitrÿ noſtri in hac ſerie cauſarū ſibi herentiū · an fatalis cathena · i · fatalis neceſſitas conſtringit motus · i · affectus humanoꝝ animoꝝ · Tunc phia probat liberum arbitriū eſſe dicēs · Libertas arbitrÿ eſt non obſtante p̄dicta connexione cauſarum neq̄ enī fuerit · i · eſſe poterit vlla rationalis natura quin libertas arbitrÿ eidem aſſit & accipit̄ hic rationalis natura large pro omni eo quod habet cognitionem intellectiuam probat aūt ꝙ omni nature rationali inſit liberū arbitriū dicens · illud quod poteſt naturaliter vti ratione id habet iudiciū quo diſcernat vnū quodq̄ igit̄ per ſe diſcernit fugiēda & optanda · Quod aūt quis iudicat optādum id petit · i · proſequit̄ & refugit illud quod eſtimat fugiendum quare quibꝰ ineſt ratio

illis ineſt libertas volendi & nolēdi· poteſt
ergo ſic ratio formari. Omne quod poteſt
vti ratione habet iudicium cognoſcēdi fu-
gienda & optanda. ſed quod quiſq; iudi-
cat optandum proſequitur & quod iudicat
fugiendū hoc refugit. ergo omne quod pōt
vti ratione habet libertatem volendi & no-
lendi ¶ Notandū ꝙ dicit illud quod vtitur
ratione habet iudicium quo diſcernat vnū
quodq; hoc dicit ad differentiā iudicij na-
turalis quod eſt in brutis quo non iudicatur
vnūquodq; agendū ſed aliquod ꝑticulare
ſicut ouis non iudicat de quolibet fugiēdo
ſed tantū de lupo & apes non habent in-
duſtriam ad faciendum aliquod opus niſi
ad fauos mellis. ſed iudiciū rationis eſt de
quolibet que agūtur ¶ Notandū ꝙ dicit ꝙ
habens rationis iudiciū per ſe iudicat ꝓ-
ſequendum vel fugiendum. licet enī bruta
quodamodo cognoſcant fugienda vel pro-
ſequenda non tamen per ſe quia non ſunt
cauſa iudicij. Homo aūt non ſolum cog-
noſcit finem & ordinata in finem. ſed cog-
noſcit ea vniuerſaliter per modum colla-
tionis & per modum ſillogiſticum. etiam
homo ſuū iudiciū iudicat & diſcernit quia
intellectus eſt virtus conuerſa ſupra ſe :·
Sed hanc non in omnibꝰ :· Hic oſtendit
philoſophia quomodo liberum arbitrium
diuerſificatur in diuerſis ſcz ī angelis & ho-
minibꝰ dicens. Hāc ſcz libertatem arbitrij
non conſtituo eſſe equam. i. equalem in ō-
nibꝰ quia maior eſt in ſubſtantijs diuinis
q̄ in hominibꝰ. Nam ſupernis & diuinis
ſubſtantijs ineſt perſpicax iudiciū. i. in-
fallibile iudicium & ineſt eis īcorrupta vo-
luntas. i. inflexibilis ad malū & in eis eſt
preſto. i. parata efficax poteſtas optatoꝝ
quia non eſt in eis impedimentum execu-
tionis. Animas vero humanas neceſſe eſt
eſſe liberiores quando conſeruant ſe in ſpe-
culatione diuine mentis. minus vero libe-
re ſunt cū dilabuntur ad corpora. i. ad curā
rerū corporaliū & adhuc minus libere ſunt
cum colligātur terrenis artubꝰ. i. affectibꝰ
quibꝰ minus reſiſtere poſſunt paſſionibus
inſurgentibꝰ. Extrema vero. i. maxima
eſt ſeruitus animarum quando dedite vi-
cijs ceciderint a poſſeſſiōe proprie rationis
qua regi. i. dirigi deberent in agendo. nā
vbi. i. poſtq̄ anime deiecerint oculos ra-
tionis & intellectus a luce ſumme veritatis
ad inferiora & tenebroſa. i. ad terrena &
carnalia mox caligantur. i. obſcurantur nube
inſcicie. i. ignorantie & turbantur pernicio-
ſis affectibꝰ. i. paſſionibꝰ quibꝰ accedendo
& conſentiendo adiuuant. i. augmentant
ſeruitutem quam ſibi inuexere. i. indux-
erunt & anime vicioſoꝝ ſunt quodamodo
captiue propria libertate ¶ Notandum ꝙ
liberum arbitrium eſt libertas iudicandi
& exequendi res. vel ſecundum Boetium
ſuper primo periarmenias liberum arbitriū
eſt de voluntate iudicium animi nullo ex-
trinſeco aut violenter cogente aut violēter
impediente nullo cogente ad faciēdū quod
diſplicet nullo īpediente ne fiet quod pla-
cet ¶ Notandum ꝙ liberum arbitrium in
duobꝰ conſiſtit. in libertate iudicandi & in
libertate exequendi iudicata. primum ſcz
libertatem iudicandi impedit ignorantia
ſed libertatem exequendi impedit impotē-
tia executionis & corruptio voluntatis.
Quandoq; enī poſſumus bonum perficere
tn̄ volūtate corrupta vicio non perficimus
In ſubſtantijs aūt ſeparatis non eſt ig-
norantia iudicandi nec impotentia ꝑficiē-
di nec corruptio voluntatis ergo in eis eſt
maxima libertas arbitrij. intelligētie enī
in nullo falluntur ergo habent perſpicax iu-
dicium & nunq̄ volunt niſi bonū. ergo in
eis eſt incorrupta voluntas & poſſunt per-
ficere quicquid deſiderant. ergo in eis eſt
efficax poteſtas optatoꝝ ¶ Notandum
ꝙ quidā dixerūt fuiſſe de intentione Pla-
tonis animas humanas ſimul eſſe creatas
in celo & poſtea deſcendere in corpora & in
eis detineri tanq̄ in vinculis ſecundū illos
gradus libertatis animarum humanarum
quas ponit in littera ſic diſtinguūtur ſcz ꝙ
anime cū ſint in celo create in contempla-
tione diuine mentis ſunt maxime libere cū
aūt deſiderio corporū incipiunt deſcendere
ad corpus ſunt minus libere cum aūt iam

ſunt colligate corporibus adhuc ſunt minus libere · ſed minima libertas ē in eis quādo ſubdunt᷑ vicijs · iſta tamen expoſitio non tenet ſecundum veritatem ideo aliter exponit᷑ ꝙ illas animas neceſſe eſt eſſe liberiores que contemplationi diuine inſeruiūt vt anime virtuoſorum & contemplatiuorum quorum cōuerſatio in celis eſt · Ille aūt ſunt minus libere que dilabunt᷑ ad corpora · i · que deſcendunt ad curam rerū temporaliū ſicut ſunt practici qui negociantur circa bona corporalia ad cōmunem vtilitatē diſpenſanda · adhuc minus libere ſunt anime que terrenis artubꝰ colligant᷑ · i · que deſcēdunt ad curandū proprium corpus & propriam vtilitatem · minime aūt libere ſunt que ſubdite vicijs rationē āmittunt · viciofus enī non vnius tantū domini eſt ſeruus ſed tot dominorum quot viciorum ſecūdū beatum Auguſtinum : ·

Que tn̄ ille : · Hic oſtendit phīa quomodo actus liberi arbitrij cadunt ſub prouidentia diuina quia propt᷑ hoc ꝙ diuina cognitio ſe extendit ad omnia dicens · Que omnia dicta quo ad diuerſos gradus libertatis & quo ad omnes actus inde prouenientes cernit ille intuitus prouidentie diuine cuncta proſpiciens & queq̄ predeſtinata diſponit ſuis meritis reddendo bonis bona & malis mala & hoc confirmat autoritate greca que ſonat in latino · Omnia videt deus & omnia audit · vel ſecundum alios ſonat · deus illuſtrat omnia clarius ꝙ̄ ſol ·

Notandum ꝙ licet diuina prouidentia ab eterno omnia proſpexerit non tamen propter hoc neceſſitat᷑ liberum arbitrium ad faciendum bonum vel malum quia ſecundum Areſtotilem tertio ethicorum · homo eſt dominus ſuarum operationum a principio vſq̄ ad finem & ergo ſecūdū merita operationū liberi arbitrij recipit penam vel premium : ·

## Metrum ſecundum

multitudinem & nunc decidit vel decedit
ſm aliam litteram · i · cadit in infima · i · in

tahi

infima ·i· in ſpecialiſſima ꝓcedendo a generaliſſimis ad ſpecialiſſima diuidendo · Tū ·i· tandem anima referens ·i· comparans ſe ſibi redarguit falſa veris ·i· per vera ·

¶ Notandū ꝙ ex littera talis format̃ ratio · Illa anima non eſt tantū paſſiua ſed actiua que iudicat componit & diuidit & vera falſis redarguit · ſed anima intellectiua eſt huiuſmodi ergo · maior nota eſt · quia iudicare componere diuidere redarguere videnť eſſe operationes actiue · minor apparet anima iudicat inter verum & falſum componit predicatū cum ſubiecto · aliquando diuidit predicatū a ſubiecto & falſas opiniones redarguit :·

Hec eſt efficiens magis :· Hic phia ponit veritatem dicens · Hec mens eſt magis cauſa efficiens que eſt cauſa longe potentior ꝙ̃ illa que modo materie ·i· ſimilitudīe materie patit̃ notas impreſſas & quia aliquis crederet ꝙ in aīa nulla eēt paſſio iō ſubdit quedam paſſio precedit opationes anime in viuo corpore excitans & mouens vires animi ad operandū vt quando lux ferit oculos tunc patit̃ viſus vel cū vox inſtrepit ·i· inſonuitauribꝰ tunc patit̃ auditꝰ & tandem vigor mentis excitus ·i· excitatus vocans ſpecies quas intus tenēs ad ſimiles motus applicat eas notis exteris ·i· ſimilitudinibꝰ exterioribꝰ & miſcet ·i· applicat imagines exteriores corporum formis ·i· ſpeciebꝰ introrſum ·i· in anima reconditis ¶ Notādum ꝙ Boecius hic vtit̃ ſentētia platonica que ponit ſpecies rerū a principio naturaliter inditas anime ſed anima ſopita eſt in corpore ita ꝙ nō intelligit ꝑ eas niſi excitet̃ ꝑ imutationē ſenſuū exteriorꝝ · excitata aūt euocat ſpeciē ſimilem illi quam ſenſus exterior impreſſit & applicando eam rei exteriori ſic intelligit per eam · ad hanc intentionē etiā loquitur linconienſis primo poſteriorꝝ dicens · Ratio in nobis ſopita nō agit niſi prius per opatōnes ſenſuū quibꝰ admiſcet̃ fuerit excitata ¶ Notādū ꝙ ex littera videt̃ ꝙ intellectus poſſibilis intelligendo etiā ſit actiuus cū ſit cauſa efficiens vt dicit in lrā · Ariſtotiles aūt tercio de anima vult ꝙ intelligere ſit pati & ꝙ intellectus nullā habet naturam niſi ꝙ eſt poſſibilis vocatus Ad hoc dicunt aliqui ꝙ quia anima comprehendit tā intellectum poſſibilem ꝙ̃ agētem · anima eſt actiua imo cauſa effectiua intellectionis ratione intellectus agētis ſed eſt paſſiua ratione intellectus poſſibilis · vel dicendum ꝙ intellectus poſſibilis eſt potentia paſſiua ſaltem quo ad primum eius actum cum intelligere ſit pati ſed omnis potentia paſſiua de neceſſitate requirit potentiā actiuam que reducat ipſam ad actum tale aūt actiuum nō poteſt eē res corporalis extra cum agens ſit preſtantius paſſo ideo tale actiuum ex parte anime erit intellectus agens cuius operatio eſt facere potētia intellecta actu intellecta ita ꝙ a rebꝰ extra virtutem intellectus agentis imprimitur aliquid intellectui poſſibili per quod in actum intelligendi reducit̃ · Non eſt ergo intentō Boecij negare quin mēs ſit paſſiua ratione intellectus poſſibilis ſed vult ꝙ mens ſiue anima magis habeat efficientiam in intellectione ꝙ̃ ſit paſſiua ab ipſis corporibꝰ extra & per conſequens efficientia intellectus nō debet attribui rebꝰ extra quod erat de intentione ſtoicorꝝ :·

¶ Proſa quinta

QVod ſi in corporibꝰ ſentiendis :· Hec eſt quinta proſa huius quinti libri · in qua probat ſpecialiter diuinam cognitionem eē ſm modum cognoſcentis & non rei cognite · Secundo oſtendit inſufficiētiam eorꝝ qui ex noſtro modo cognoſcendi improbant ꝓuidentiā diuinam ibi · Quid igit̃ · Primo facit quod dictum eſt · Secundo infert duas concluſiones ibi · Hac itaꝗ · Primo dicit · Si in ſentiendis ·i· in cognoſcendis corporibus animus noſter non tantū inſignitur ·i· afficit̃ paſſione corporis ſed ex ſua vi iudicat paſſionem ſubiectam corpori ita ꝙ in cognoſcēdo ſequit̃ proprium motum ꝙ̃uis qualitates obiecte forinſecus afficiāt ·i· immutent inſtrumenta ·i· organa ſenſuum & paſſio corporis antecedat vigorē

agentis animi que paſſio prouocet actum
mentis in ſe & excitet formas intrinſecus
quieſcentes. Si hoc eſt in animo noſtro
multomagis ea que abſoluta ſunt cunctis
affectionibꝫ .i. qualitatibꝫ corporum. Si-
cut intelligentie ſeparate & precipue deus
illa in diſcernendo non conſecuntᷣ obiecta
extrinſecus ſed expediunt .i. perficiunt
actum ſue mentis .i. operationem intellec-
tiuam ſm naturam propriam ¶ Notandū
ꝙ ex littera poteſt ſic argui. Si id de quo
minus videtᷣ ineſſe ineſt & de quo magis.
ſed minus videtᷣ ꝙ animus noſter in cog-
noſcendo ſequatᷣ motum ſuum & non rei
cognite & tamen ſequitᷣ facultatē ſue cog-
nitionis. ergo multo magis intelligentia
diuina ſequitᷣ in cognoſcēdo ꝓprium mo-
tum ſue cognitionis ꝙ̄ ipſius rei cognite.
Hac itaqꝫ ratione :. Hic infert duas cōclu-
ſiones ex premiſſis dicens. Ex quo cogni-
tio ſequitᷣ naturam cognoſcētis & nō rei
cognite & cum cognoſcentia ſint diuerſa
ſm naturam oportet diuerſis cognoſcētibꝫ
conuenire diuerſas cognitiones. Vnde di-
cit. Hac itaqꝫ ratione quia cognitio ſequitᷣ
naturam cognoſcentis multiplices cogni-
tiones ceſſerunt diuerſis ac differentibꝫ
ſubſtantijs. ſenſus enī ſolus deſtitutus a-
lijs cognitionibꝫ ceſſit animantibꝫ immo-
bilibꝫ qualia ſunt conche maris & quecūqꝫ
nutriuntᷣ herentia ſaxis. imaginatio vero
ceſſit mobilibꝫ beluis que mouentᷣ motu
progreſſiuo quibꝫ videtᷣ ineſſe affectus .i.
appetitus fugiendi malum vel appetendi
bonum. Ratio vero per quam cōprehendi-
mus vniuerſale tantū eſt humani generis
ſicut intelligētia eſt diuini generis. Tunc
ponit ſecūdam cōcluſionē ꝙ illa cognitio ē
notior & nobilior que non ſolum apprehē-
dit proprium obiectum ſed etiā obiecta a-
liarū noticiarū .i. cognitionū. vnde dicit.
Quo fit vt ea notio .i. cognitio preſtet .i.
nobilior ſit ceteris que ſuapte natura .i.
ꝓpria natura nō mō .i. nō tm̄mō ꝓpriū obiectū
cognoſcit ſed etiā cognoſcit ſubiecta cete-
rarū noticiarū ¶ Nota circa primā cōcluſi-
onē ꝙ cū actus & operationes diuerſificētᷣ

ſm diuerſitatē agentiū & operātiū ſequitᷣ
ſi agentia & operantia ſint diuerſa ꝙ ha-
beant diuerſas operationes & cognitiones
proptᷣ quod ſenſus ſine alijs cognitionibꝫ
ceſſit animalibꝫ immobilibꝫ & accipitᷣ hic
ſenſus ſtricte pro apprehenſione ſenſitiua
que ſolum immutatᷣ ad preſentiā ſenſibi-
lis. Sic enī diſtinguitᷣ cōtra imaginatio-
nem que non tantū apprehendit rem pre-
ſentem ſed etiā abſentē ¶ Notādū circa
ſecundam concluſionem ꝙ quecūqꝫ poten-
tia plura cognoſcit videtᷣ eſſe preſtantior
ea que cognoſcit pauciora. Si ergo aliqua
potentia cognoſcit proprium obiectū & cū
hoc obiecta aliarū potētiarū inferiorꝝ ſicut
eſt intelligentia diuina & non ecōuerſo ſe-
quitᷣ ꝙ potentia ſuperior plura cognoſcēs ſit
nobilior inferiori :.
Quid igitᷣ :. Hic phia oſtendit inſufficiē-
tiam eorꝝ que ex modo cognoſcēdi noſtro
improbant diuinā prouidentiā. Secundo
hortatᷣ nos ad conſiderandū modū diuine
cognitionis ibi. Quare in illius. Primo ma-
nifeſtat inſufficientiam eorꝝ per ſimile. ſe-
cundo applicat illud ſimile ad propoſitum
ibi. Simile eſt. Similitudo aūt quā in-
tendit talis eſt. Sēſus & imaginatio ſunt
cognitiones inferiores ꝙ̄ ratio. Si ergo
ſenſus & imaginatio vellent iudicare mo-
dum cognoſcendi rationis ex modo cog-
noſcendi proprio & dicere ꝙ vniuerſale
nihil eſſet quod ratio apprehēdit vel ſi ve-
rum eſſet iudicium rationis vel eſſet parti-
culare & ſenſibile ratio vero diceret cōtra-
rium. Manifeſtum eſt ꝙ nos qui vigemꝰ
vtraqꝫ cognitione potius aſſentiremus ra-
tioni iudicādo motiuū ſenſus & imagina-
tionis eſſe inſufficiens. Dicit ergo. Quid
igitᷣ ſi ſenſus & imaginatio refragentᷣ .i.
contradicant rationi dicentēs nihil eē vni-
uerſale id quod ratio putat ſe intueri ſic
arguendo. Quod enī eſt ſenſibile aut ima-
ginabile id nō poſſe eſſe vniuerſale ſm iu-
dicium ſenſus & imaginationis. Aut igitᷣ
iudicium rationis neceſſe eſt eſſe verum &
per conſequens nec quicquā eſſe ſenſibile
quod eſt abſurdum. Aut quoniam notum

eſt ſibi ſcꝫ ſenſui & imaginatōi plura eſſe
ſubiecta ſēſibꝰ & imaginatōi q̄ neceſſe ē eē
ſenſibilia · crederes ne cōceptionē rationis
eſſe inanem que cōſiderat illud quod ē ſen-
ſibile & ſingulare quaſi quoddam vniuer-
ſale · Ad hec ſi ratio reſpondeat ſe conſpi-
cere ī ratione vniuerſali quod eſt ſenſibile
& imaginabile · Jlla vero ſcꝫ ſenſum & i-
maginationem non poſſe aſſpirare · i · per-
uenire ad cognitionē vniuerſalis quia cog-
nitio eoꝝ nō excedit figuras corporales &
diceret ratio pocius eſſe credendū firmiori
& perfectiori iuditio rerum · Jn huiuſmōi
igit̄ lite ſcꝫ īter ſenſum & imaginationē ex
vna pte & rationē ex altera pte nos quibꝰ
ineſt tam vis ratiocinandi ꝙ̄ imaginandi
& ſenciendi nomie potius ꝓbaremus cau-
ſam rationis & reputaremus motiua ſen-
ſus & imaginationis eſſe inſufficientiā q̄ſi
dicat imo ¶ Notandum ꝙ iuditio nobili-
oris potētie potiꝰ ē aſtādū ꝙ̄ iuditō potētie
ignobilioris · cū igit̄ ratio ſit potentia no-
bilior ꝙ̄ ſenſus & imaginatio eo ꝙ ratio
comprehendit proprium obiectū & obiec-
tum ſenſus & imaginationis & non econ-
uerſo · ergo potius aſtandū ē iuditio rati-
onis ꝙ̄ potētiarū inferioꝝ : ·
Simile eſt : · Hic applicat illud ſimile ad
propoſitum & dicit · Jllud quod eſt dictū
de ſenſu & imaginatione reſpectu rationis
ſimile eſt ei ꝙ humana ratio nihil putat
diuinam intelligentiam intueri niſi vt ip̄a
ratio cognoſcat quod apparet ex ipſo mō
arguendi · Nam ita diſſeris · i · arguis ſiqua
videant̄ non habere certos & neceſſarios
euentus talia nequeunt preſciri certe euē-
tura · igit̄ talium rerum nulla ē p̄ſcientia
quam ſcꝫ preſcientiam ſi credimus eſſe in
his nihil erit ꝙ non proueniat ex neceſſi-
tate · Si igit̄ ſicut ſumus participes rati-
onis ita poſſemus habere iuditium diuine
mentis ſicut nunc iudicamus imaginatio-
nem & ſenſum oportere cedere rationi ·
ſic cenſeremus · i · iudicaremus iuſtiſ-
ſimum humane rationi ſe ſubmittere diui-
ne menti ¶ Notādum ꝙ ſimile eſt de iu-
ditio ſenſus & imaginationis reſpectu ra-
tionis & rationis reſpectu intelligentie di-
uine · Nam ſenſui & imaginationi videtur
ꝙ ratio aliter nō poſſit comprehendere rē
niſi ſicut ipſa comprehēdit quod tñ falſum
eſt · Hic ſimiliter videt̄ rationi humane
ꝙ intelligentia diuina non poſſit res in-
certas cognoſcere aliter ꝙ̄ ipſa cognoſcit
quod falſum eſt nam que ratio humana in
certe cognoſcit intelligentia diuina certa
comprehendit ·
Quare in illius ſumme intelligentie : · Hic
phia hortat̄ vt erigamus nos ad cogni-
tionem diuine intelligentie dicens · Quare
ſi poſſumus erigamur per diligentem con-
ſiderationem in cacumen illius ſumme in-
telligentie ſupple diuine · Jllic enim ratio
videbit ꝙ in ſe non poteſt intueri ſcꝫ quo-
modo certa & diffinita prenotio dei cog-
noſcat illa que non habent certos exitus
& illud non erit opinio ſed potius erit ſim
plicitas ſumme ſcientie nullis terminis ī-
cluſa quia ſimplicitas ſumme ſapientie eſt
infinita ¶ Notādum ꝙ ſi cognitio ſeque-
ret̄ facultatem rei cognite & non virtutis
cognoſcentis tunc ſicut ratio humana cog-
noſcit futura contingentia incerte · ſic ſi-
militer intelligētia diuina ea incerte cog-
noſceret ſed quia facultas cognitionū eſt
ſm facultatem virtutum cognoſcentium
& intelligentia diuina in cognoſcendo ex-
cedit rationem humanam poterit ipſa cer-
te cognoſcere que ratio humana incerte
cognoſcit : ·

## ¶ Metrum quintū

QVam varijs terras : · Hic incipit
quintum metrum huius quinti ·
quod dicit̄ archiloycum ab inuē-
tore · dactilicum a pede predominante · Jn
quo oſtendit hominem eſſe diſpoſitum ad
contemplationem celeſtiū ex figura corpo-
ris ſui · & primo deſcribit figuram corpalē
aliarū beſtiarū · ſecundo figuram hominis
ibi · Vnica gens · Primo dicit · Animalia
permeant terras ꝙ̄ varijs · i · valde varijs
figuris nanqꝫ alia animalia extento corpe
ſicut ſunt ſerpentes & reptilia illa verrūt
· i · vertūt puluerem & incita · i · mota vi

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

pectoris trahunt continuum ſulcum ſupple in puluere. Sunt alia animalia quibꝰ inē vaga leuitas alarum que verberant vētos & enatant .i. tranſeūt liquido volatu ſpacia longi etheris .i. aeris. Sunt alia que gaudēt preſſiſſe veſtigia ſolo .i. terre greſſibꝰ ſuis & tranſmittere .i. pertranſire virides campos & gaudēt ſubire ſiluas que omnia animalia licet videas ea diſcrepare varÿs formis tamen facies eoꝝ prona .i. ad terram inclinata valet ingrauare .i. ingrauatos oſtendere ſenſus ebetes .i. brutales ¶ Notādum ꝙ pħia tangit tria genera animaliū ſcꝫ reptilia volatilia & greſſibilia que licet differunt in formis quia quedam formant̃ ad reptandum vt ſerpentes. quedam ad volandum vt aues. quedam ad gradiendum vt beſtie. tamen in hoc omnia conueniunt ꝙ habent faciem inclinatam ad terram :·

Vnica gens hominum :· Hic deſcribit figuram hominis dicens. Vnica gens hominum .i. ſolum gens humanum leuat celſum cacumē .i. caput ſuū altius & leuis ſtat recto .i. erecto corpore & deſpicit terras vultu eleuato ad celum tu homo terrenus qui recto vultu petis celum & exeris .i. erigis frontem hec recta figura āmonet te ꝙ tu male deſipis niſi etiā feras .i. extollas animum tuum in ſublime .i. in celeſtia ne mens grauata .i. grauedine depreſſa peſſum .i. ſub pedibꝰ vel ſubtus & ē peſſum aduerbium loci. ne illa mens ſidat .i. reſideat inferior corpore leuato celſius ¶ Notandum cum homo habeat figuram corporis erectam ad celum ſi anima non erigeretur ad contemplationem celeſtium videret̃ corpus eſſe nobilius aīma ¶ Nota ſm Areſtotilem in .xvi. de animalibꝰ homo inter omnia animalia habet figuram recti linearem de qua figura etiā loquitur Ouidius in libro methamorfoſeos dicens.

Pronam cū ſpectant animalia cetera terrā
Os homini ſublime dedit celumq̧ videre.
Iuſſit & erectos ad ſydera tollere vultus

¶ Proſa ſexta

QVoniam igit̃ vti pauloante :·

Hic incipit ſexta proſa & vltima huius quinti .i. q̄ determinat veritatē de cōpaſſibilitate preſcientie diuine & liberi arbitrÿ. Et primo ponit ſuam determinationem. Secundo ſubiungit vtilem exhortationē circa finem libri ibi. Auerſamini igitur. Primo oſtendit modum diuine cognitionis. Secundo ſoluit obiectiones factas contra diuinam prouidentiam. Tercio cōcludit compaſſibilitatem liberi arbitrÿ cū prouidentia diuina. ſecūda ibi. Quid igit̃ poſtulas. tercia ibi. Que cum ita ſint. Primo determinat de ſtatu dei qui eſt eternitas. Secundo ex hoc declarat modum diuine ſcientie ibi. Quoniam igitur omne iudicium. Primo premittit ꝙ determinandum ſit de eternitate. Secundo determinat de ea ibi. Eternitas igit̃ eſt. Primo dicit. Quoniam monſtratum eſt paulo ante ꝙ omne quod ſcit̃ cognoſcit̃ non ex ſui natura .i. non ex natura rei ſcite ſed ex natura cognoſcentium/ intueamur nunc quantum phas eſt quis ſit ſtatus diuine eſſentie vel ſubſtantie vt poſſimus agnoſcere que ſit eius ſcientia. & ſubdit ꝙ commune iudicium cunctoꝝ degentium .i. vtentium ratione eſt deum eſſe eternū ideo conſideremus quid ſit eternitas hec enim nobis patefacit naturam & diuinam ſciētiam ¶ Notandum ꝙ viri degentes ratōe ſunt viri ꝑditi luce ſapientie & omnes iſti concedunt deum eſſe eternum. Nam phus .viii. phiſicoꝝ ex eternitate motus oſtendit eternitatē motoris & omnes tam greci q̄ barbari putantes deos eſſe eſtimant eos immortales ¶ Notandum ꝙ quia eternitas dei & natura & ſcientia dei non differunt ſm ſubſtantiam ideo cognita eternitate cognoſcit̃ natura & ſcientia dei :·

Eternitas igit̃ eſt :· Hic proſequit̃ de eternitate. Et primo ponit eius diffinitionem Secūdo declarat eam ibi. Quod ſi ex collatione. Primo dicit. Eternitas eſt poſſeſſio vite interminabilis exiſtens tota ſimul & perfecta ¶ Nota ſm Albertum ſuper libro de cauſis. Aliquid eſt eternum & eſt in eternitate & eſt ipſa eternitas ſicut deus

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Aliqua ſint eterna & ſunt in eternitate.
ſed non ſunt ipſa eternitas ſicut ſubſtãtie
ſeparate · Alia ſunt eterna non in eterni-
tate · nec ſunt ipſa eternitas vt motus tẽ-
pus & mundus ¶ Notandum cũ dicit e-
ternitas eſt poſſeſſio ibi vtitᷣ nomine poſ-
ſeſſionis ad deſignandam immutabilitatẽ
& indeficientiam eternitatis quia ipſa fir
miter poſſidetᷣ & quiete habetᷣ · & dicit vite
ad innuẽdum ꝙ non viuentia nõ mẽſuratᷣ
eternitate · & dicit interminabilis ad dif-
ferentiam illius vite que habet terminum
a parte añ & a parte poſt ſicut vita homi-
nis · vel a parte ante tantum ſicut vita an-
geloꝝ · & dicit tota ſimul ad differentiã
vite angelice ꝗuis enĩ eſſe angeli ſm ſub-
ſtantiam ſit totum ſimul nõ tñ ſm opera-
tionem cum habeat operatiões ſucceſſiuas
& intellectiones · & dicit perfecta ad de-
ſignandum ꝙ eternitati nihil deeſt · pfec-
tum enĩ eſt cui nihil deeſt · primo celi &
mundi : ·

Quod ſi ex collatione : · Hic declarat diffi-
nitionem · Secundo redarguit quoſdam
qui vocabulo eternitatis abutebantᷣ ibi ·
Vnde non recte · Primo ergo declarat
diffinitionem eternitatis in comparatione
ad tempus dicens · vnde dictum eſt ꝙ e-
ternitas eſt poſſeſſio tota ſimul ĩtermina-
bilis vite · quod liquet clarius ex collati-
one · i · ex comparatione temporalium · Nã
quicquid viuit in tempore illud preſens
exiſtens procedit per ſucceſſiuam muta-
bilitatem a preteritis in futura · & nihil
eſt in tempore conſtitutum quod pariter
poſſit amplecti · i · comprehendere totũ ſpa-
cium vite ſue ſed craſtinum nondum ap-
prehendit · heſternum vero tempus iam
perdidit & in hodierna vita non amplius
viuitis · i · nihil plus eſt preſens de hodi-
erna vita niſi qđ ĩ iſto mobili & tranſito-
rio momẽto contine tᷣ de vita & dicitᷣ mo-
mẽtum illud indiuiſibile inſtãs quo futurũ
copulatᷣ cum preterito · quicquid igitᷣ patitᷣ
temporis condicionem · i · ſucceſſionẽ licet
nunꝗ inceperit eſſe nec deſinat eſſe · ſicut
Areſtotiles cenſuit de mũdo · & licet vita
· i · duratio eius tendatᷣ · i · extendatᷣ cũ in-
finitate temporis nõ dũ tñ tale eſt vt iure
credatᷣ eſſe eternum quia nõ comprehẽdit
neqꝫ complectitᷣ ſimul totum ſpaciũ vite
· i · ſue durationis licet infinite · i · infinito
tempore duret · ſed futura nondum habet
tranſacta · i · pertranſita & preterita nõ ha-
bet · Quicquid igitᷣ comprehendit & poſſi-
det pariter totam plenitudinem intermi-
nabilis vite cui nihil abſit futuri nec ali-
quid fluxerit preteriti illud iure perhibetᷣ
eẽ eternum quia illud eternum ſui compos
eo ꝙ nihil ſibi deſit neceſſe eſt ſemper ſibi
aſſiſtere preſens & eſt neceſſe preſentem
habere infinitatem · i · infinitam duratio-
nem temporis mobilis · i · ſucceſſiui ¶ No-
tandum ꝙ quia per cognitionem temporis
deuenimus in cognitionem eternitatis eo
ꝙ oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcũt
ideo per naturam & ſucceſſionem temporis
declarat nobis naturam eternitatis · Sicut
enĩ ratio temporis conſiſtit in ſucceſſione &
apprehenſione prioris & poſterioris in mo
tu cuius vna pars preteriyt & alia eſt fu-
tura · ſic ratio eternitatis per oppoſitum cõ-
ſiſtit in apprehenſione vniformitatis illiꝰ
quod eſt omnino extra motum comprehẽ-
dens ſimul preteritum & futurum tanꝗ
preſens ¶ Notandum ꝙ ipſius eterni nil
tranſit in preteritum ideo ſemper ſibi pre-
ſens aſſiſtit quia vero nunꝗ deficiet ſicut
nec vnꝗ incepit cum habeat vitam inter-
minabilẽ neceſſe eſt ꝙ aſſint quelibet dif-
ferentie temporis · etiã ſi ponatᷣ tempus ĩ-
finitum & quia eodem modo aſſiſtit diffe-
rentiys temporum per quem modum in ſe
ſubſiſtit · motus aũt quo in ſe ſubſiſtit eſt
preſentarius ideo etiã aſſiſtit differentys
temporis per motum preſentem · ideo di-
cit ꝙ neceſſe eſt eternum preſentem habe-
re infinitatem temporis mobilis : ·

Vnde non recte putãt : · Hic phĩa impro-
bat quoſdam qui abutebantᷣ vocabulo eter-
nitatis · Secundo docet propriũ modum
loquendi ibi · Ita ſi digna · Primo facit
quod dictum eſt · Secundo manifeſtat qᷓ-
modo temporalia deficiunt a ſimplicitate

diuine nature quã nitunť imitari ibi. Hũc eñ. Primo dicit. dictum eſt ꝙ eternitas non ſolum dicit interminabilitatẽ ſed etiã ſimplicitatẽ vnde nõ recte quidam putãt qui cum audiunt viſum eſſe Platonĩ mũdũ nõ habuiſſe iniciũ temporis nec habiturũ defectũ. i. finem hoc modo putant mũdum conditum fieri coeternum conditori. Cauſa aũt quare non recte putant ẽ quia aliud eſt duci per interminabilem vitã cũ quadam ſucceſſione quod Plato attribuit mundo. & aliud eſt ſimul eſſe complexam totam preſentiã vite interminabilis quod eſt proprium diuine mentis. Et quia aliquis diceret. Si mundus nunꝗ̃ incepit videť eſſe coeternus deo. Ad quod reſpõdet. ꝙ deus eſt prior mundo non antiquitate temporis ſed ſimplicitate nature. vñ dicit. Neq; eñ deus debet videri antiquior rebꝫ conditis quãtitate temporis ſed ꝓprietate ſimplicis nature. ¶ Notandum ſicut patet ex libro Thimei Plato voluit mũdum incepiſſe ſed finem non habere. & hoc idem Areſtotiles ſibi imponit in libro celi & mundi dicens ꝙ ſolus Plato generat mundum. Quid eſt ergo ꝙ dicit Boecius ꝙ Plato non poſuit mundũ incepiſſe. Ad hoc diciť. ꝙ dum Plato dixit mundum habuiſſe inicium intelligiť ꝙ habuit inicium inſtitutionis nõ aũt temporis. ſicut ponit exemplum de veſtigio pedis. vt ſi pes ab eterno ſtetiſſet ĩ puluere pes eſſet cauſa veſtigiẏ naturaliter precedens veſtigium licet non tempore :.

Hũc eñ vite immobilis :. Hic manifeſtat quomodo temporalia deficiunt a ſimplicitate diuine nature quam nitunť imitari dicens. Ille infinitus motus rerum temporalium imitať quantum poteſt hunc p̃ſentarium ſtatum vite immobilis. i. eternitatis. & cum eũ non poteſt effingere. i. exprimere & equare deficit ab eius immobilitate ſucceſſiue acquirendo quod ſimul habere nõ potuit & ex ſimplicitate p̃ſentie decreſcit in infinitam quantitatem preteriti & futuri & cum nequeat poſſidere pariter totam plenitudinem vite ſue. hoc ipſo quod aliquo modo nunꝗ̃ eſſe deſinit videť aliquatenus emulari illud quod implere non poteſt alligans ſe ſcꝫ ſtatus temporalis ad qualemcunq; preſentiã huius momenti. i. inſtantis exigui. i. indiuiſibilis & volucris. i. tranſitoriẏ que ſcꝫ p̃ſentia inſtantis temporis habet quandam imaginem manentis preſentie id ẽ eternitatis & preſtat quibuſcunq; contingit vt illa eſſe videantur. nam illa dicimus eſſe que ſunt in preſenti momẽto quia vero nõ potuit manere ſcilicet preſentia inſtantis propter naturam rei mobilis ideo arripuit ĩ finitum iter temporis per ſucceſſionem & eodem modo factum eſt vt continuaret vitam eundo de vno ẽẽ in aliud cuius plenitudinem non potuit complecti ꝑmanẽdo ¶ Nota ꝙ infinitus motus rerum temporalium quantum poteſt imitať ſtatum eternitatis quia non poteſt eum totaliter exprimere quia ſtatus temporalis eſt ſucceſſiuus ſtatus eternitatis non. & ſtatus temporalis reſpicit preteritum & futurũ. ſtatus eternitatis tãtum preſens tñ in hoc imitať ſtatum eternitatis ꝙ ſicut eternitas nunꝗ̃ deficit ſic infinitus motus rerũ temporalium nũꝗ̃ ẽẽ deſinit & ſicut in tẽpore eſt dare inſtans quod habet quandã imaginem cum eternitate ita ꝙ ſicut ĩ eternitate aliquid diciť ẽẽ. ſic illa dicimus ẽẽ que ſunt in preſenti inſtanti. ideo ſtatus rerum temporalium licet non poſſit imitari ſtatum eternitatis preſentialiter ꝑmanendo tñ ipm imitať ſuã duratõẽ ſucceſſiue cõtinuando :.

Itaq; ſi digna :. In iſta parte phĩa docet quomodo proprie loquẽdum ſit de deo & de mundo dicens. Si nos ſequentes platonem velimus imponere nomina digna. i. conuenientia rebꝫ dicamus deum ẽẽ eternum. mundum vero dicamus perpetuum & hoc conſonat dicto autoris Greciſmi. Eternum vere ſine principio ſine fine. ꝑpetuum cui principium ſed fine carebit :. Quomã igiť omne iudicium :. Hic phĩa ex dictis oſtendit modum ſcientie diuine. Primo ergo oſtẽdit q̃lis ſit ſciẽtia diuina

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

& qualitẽr ſit nominanda dicens· Quoni=
am omne iudicium comprehendit ea que
ſunt ſibi ſubiecta·i· ſua obiecta ſcḋm ſui na=
turam·i·ſcḋm naturam virtutis cognoſcẽtis
Natura aũt dei talis eſt ꝙ ſemper ipſi deo
eſt ſtatus eternus & preſentarius ex quo
ſequitur ꝙ ſcientia dei ſupergreſſa omnem
motionem temporis manet in ſimplicita=
te preſentie & complectens infinita ſpacia
preteriti & futuri temporis omnia conſide=
rat quaſi iam·i·p̄ſentialiter gerant̄ in ſua
ſimplici cognitione· Tunc oſtendit quo=
modo ſcientia dei eſt nominanda dicens·
Itaq; ſi velis penſare p̄ſciẽtiam que cũcta
cognoſcit nõ dices diuinã ſcientiã eſſe p̄ſci
ẽtiã quaſi futurũ ſed rectiꝰ eſtimabis diui
nã ſcientiã eẽ inſtãtie·i·p̄ſentie nũꝙ̃ defi=
cientis·qḋ cõfirmat ꝑ ethimologiã huius
nominis ꝓuidẽtia dicẽs· vnde cognitio di=
uina nõ dicit̄ p̄uidẽtia quia illa importat
ordinẽ ad futurũ·ſed dicit̄ ꝓuidentia q̃ſi
porro·i·procul a rebus infimis conſtituta
ab excelſo cacumine rerum cuncta ꝓſpici=
at ¶Notandũ quia cognitio ſequit̄ modũ
rei cognoſcentis ideo cognitio & ſciẽtia dei
ſequit̄ ſtatum & diſpoſitionem dei· ſtatꝰ
aũt dei eſt eternus & preſentarius cum eẽ
diuinum menſuret̄ eternitate·ergo ſcien=
tia dei erit eterna & p̄ſentaria ·ita ꝙ õnia
q̄ ſunt p̄terita & futura cognoſcit q̃ſi ſint
p̄ñtia ¶Notãdũ aliquis diceret nõ ens nõ
põt alicui eẽ p̄ſens·ſed preteritũ & futurũ
eſt non ens· ergo non poteſt eſſe preſens
cognitioni diuine· Dicendum ꝙ duplex ẽ
non ens· quoddam quod nullo modo ẽ ens
& tale non eſt realiter preſens alicui cum
nihil ſit· Aliud eſt non ens nõ ſimpliciter
ſed quia actu nõ eſt ens & licet huiuſmo=
di non poſſit realiter coexiſtere tempori p̄=
ſenti tñ poteſt coexiſtere eternitati· quia
eternitas cum ſit infinita excedit tempus
preſens extendẽdo ſe ad preteritum & fu=
turum· Et ſic preteritũ & futurum ſunt
eternitati coexiſtentia preſentialiter quia
in eternitate non eſt ſucceſſio· vnde non
ſequit̄ ſi aliquid coexiſtit eternitati quod
pro tanto ſimpliciter exiſtat· quia eterni=
tas etiã extendit ſe ad non exiſtens ſicut
ad preteritum & futurum ¶Notãdum ꝙ
omnia ſunt deo preſentia & nihil eſt ſibi
futurum· ideo ſcientia ſua non eſt dicenda
preſciẽtia que ſonat aliquid futurum· nec
debet dici preuidentia ꝓpter eandem cau=
ſam· ſed debet dici prouidentia quaſi ꝓcul
conſtituta a rebꝫ inferioribus omnia pro=
ſpiciens:·

Quid igit̄ poſtulas:· Hic ſoluit obiectio=
nes ſuperius factas contra prouidentiam·
Primo ergo oſtendit qualiter huiuſmodi
obiectiones ſoluant̄· Secũdo reſumit pri=
mam obiectionẽ ipſam fortificãdo vt for=
malius ſoluat̄· ſecunda ibi· Hic ſi dicas·
Circa primum notãdum ꝙ tres erant ra=
tiones quarum prima & ſecunda fundant̄
ſuper hoc ꝙ nihil poteſt eſſe preſcitũ a deo
niſi id ſit neceſſarium· Tercia fundat̄ ſu=
per hoc ꝙ euentus incertus nõ poteſt cer=
titudinaliter cognoſci· Facit ergo duo·
primo oſtendit ꝙ preſcientia non imponit
neceſſitatem rei preſcite per quod ſoluitur
prima & ſecunda ratio· Secundo oſtẽdit
ꝙ ſcientia dei non mutat naturam rei ſed
ſimul ſtant certitudo a parte ſcientie & ĩ=
certitudo a parte euentus per quod ſoluit̄
tercia ratio·ſecunda ibi· Quare hec diuina
Primo dicit· Ex quo deus cognoſcit õnia
tanꝙ̃ preſentia quid igit̄ poſtulas vt illa
fiant neceſſaria que luſtrant̄·i· comprehẽ=
dunt̄ diuino lumine·i· diuina cognitione
cum nec homines faciant ea neceſſaria que
preſentialiter vident· verbigratia· ꝙ homo
videt in preſenti non facit eſſe neceſſariũ
Nunquid enĩ intuitus tuus dabit aliquam
neceſſitatem eis que tu cernis preſentia·
dicit Boecius· Minime· & phia· Si eſt
digna collatio diuini & humani intuitus
reſpectu p̄ſentis ſicut vos videtis q̄dã hoc
preſenti temperario·i· ĩ preſenti temporis
ita deus ſuo eterno intuitu omnia cernit
tanꝙ̃ preſentia ¶Notandum ꝙ intuitus
noſter rei preſentis nullam imponit neceſ=
ſitatẽ rei preſenti quia viſio ſortis curren=
tis non imponit neceſſitatem ſorti currẽ=
ti quia poteſt ſortes currere vel nõ currere

Hic etiam intuitus diuin⁹ qui omnia pre-
ſencialiter cognoſcit nullam imponit rebus
neceſſitatem ſed videt ea pſentialiter ſicut
futura ſunt neceſſario futura & contingētia
videt contingenter futura :·
Quare hec diuina prenotio :· Hic oſtendit
ꝙ circa contingentia ſimul ſtāt certa cog
nitio dei & īcertus euētus rei dicēs· Qua-
re hec diuina prenotio qua deus nouit fu-
tura illa non mutat proprietatem rerum
quo ad neceſſitatem & contingentiā quia
non imponit neceſſitatem rei que cōtingēs
eſt ſed talia apud ſe ſpectat preſentia q̄lia
olim prouenient futura nec confundit rerū
iudicia vt cōtingens faciat nō eē cōtingēs
ſed vno intuitu mentis cognoſcit tam ne-
ceſſarie ꝙ non neceſſarie futura quod de-
clarat in exēplo dicens· Sicuti vos homi-
nes quando pariter · i · in eodem inſtanti
videtis hominem ambulare in terra & ſolē
oriri in celo licet vtrūq; ſimul ſit cōſpectū
tamen diſcernitis hoc eſſe voluntarium · ſ·
hominem ambulare in terra & illud eē ne-
ceſſarium · ſ · ſolem oriri · Ita ſimiliter diui
nus intuitus cuncta deſpiciens · i · deorſum
aſpiciens minime perturbat rerum quali-
litatem · ſ · contingentiam & neceſſitatem
rerum dico apud ſe preſentium ratione e-
ternitatis ſed futurarum ad condicionem
temporis · Quo fit vt cognitio futuroꝝ dei
tanq̄ preſentium non ſit opinio ſed cogni
tio veritate nixa · i · cōfirmata cū cognoſcit
aliquid eſſe exiturū · i · futurū quod idē nō
neſciat · i · carere poteſt neceſſitate exiſtē-
di ¶ Notandum de hoc ꝙ dicit̄ deum ō-
nia preſentialiter cognoſcere ſcʒ preterita
& futura ponunt quidam exemplum de ba
culo fixo in aqua qui ſucceſſiue toti flu-
uio preſens eſt quia partib⁹ eius · ſic eter-
nitas ſimul eſt cū toto tempore & cū ōnib⁹
que fluunt in tempore ita ꝙ totum temp⁹
& quicquid eſt ſucceſſiuum in tempore eſt
preſens eternitati vt ſi ponat̄ eternitas ſi
cut centrum & totum tempus ſicut circū-
ferentia tunc licet circumferentia cōtinue
moueat̄ & pars toti ſuccedat tn̄ in cōpa-
tione ad centrum vniformiter ſe habet ·

Aliud exemplum ponit̄ de aliquo qui va-
dit per viam & nō videt homines poſt ſe
venientes ſed ille qui de alta turri reſpice
ret videret totam viā & homines per eam
tranſeuntes tam precedentes ꝙ ſequentes
ſic deus de ſpeculo ſue eternitatis reſpiciēs
omnia preſentialit̄ videt tam preſentia ꝙ
futura :·
Hic ſi dicas :· Hic ph̄ia redit ad primam
rationem ſuperius poſitam ipſam fortificā
do vt formalius ſoluat̄ & fortificat eam ·
Secundo ſoluit · Tercio ſolutionem decla
rat · ſecunda ibi · Reſpondebo · tercia ibi ·
Due eñ · Primo dicit · Si dicas hic obi-
ciendo illud non poſſe nō euenire quod de⁹
videt euenturum quia tunc deus falleret̄
quod aūt poteſt non euenire id ex neceſſita
te contingere & ſic aſtringas me ad nomē
neceſſitatis vt concedam contingens ali-
quo modo eſſe neceſſarium · Ego fatebor
rem ſolidiſſime veritatis cui vix aliquis
acceſſerit eam concedendo niſi ſpeculator
diuini · i · diuine nature · Tunc ſoluit ob-
iectionem dicens · Si coartaueris me vt
concedam aliquam neceſſitatem futuroꝝ
Reſpondebo idem ꝙ futurum eſt quo ad
nos cum refert̄ ad diuinam notionem cui
ipſum eſt preſens · dico neceſſarium eſſe
ſcʒ neceſſitate condicionata · ſ · ratione p̄e-
ſentie · cum aūt idem futurum perpendit̄
in ſui natura ratione cuius habet futuritio-
nem & īdeterminationem in ſui cauſa ne-
ceſſe eſt videri liberum ¶ Notandum ꝙ ſi-
cut illud quod in ſe eſt contingens quādo
eſt nobis preſens ratione preſentie ſortit̄
quandam neceſſitatem qua neceſſe ē ipſum
eſſe dum preſens ſit quia omnia ſunt deo
preſentia ratione iſtius preſentie in ordine
ad ipſam diuinam cognitionem ſorciuntur
quandam neceſſitatem licet in ſui natura
prorſus videant̄ libera :·
Due eñ ꝯſiſt̄ neceſſitates · Hic ph̄ia decla-
rat ſolutionē ꝑ quādā diſtinctionem neceſ-
ſitatis & eā applicat ad ꝓpoſitum · ſcd̄o ꝯ-
cludit ex p̄miſſis ſimul ſtare ꝙ aliqua ſunt
ſm̄ ſe contingētia & incerta que tamen e-
ueniūt certitudinalit̄ iq̄ꝙtū a deo p̄uiſa · ſe

cunda ibi · Fient igitur procul dubio cũcta
Primo dicit · Due ſunt neceſſitates · Vna
ſimplex · que eſt neceſſitas nature · ſicut
omnes homines neceſſario eſſe mortales ·
Alia eſt neceſſitas conditionis · vt ſi ſcias
hoīez ābulare illũ ambulare neceſſe ē · quia
quod quiſq; nouit illud non poteſt aliter
eē quam notum eſt · ſed hec conditio id eſt
neceſſitas cōditionata minime trahit ſecũ
ſimplicem neceſſitatem · quia neceſſitatem
conditionis non facit propria natura · ſed
adiectio conditionis · Nulla enim neceſſi-
tas cogit ambulare volũtarie ambulantem
quamuis neceſſarium ſit eum ambulare
tunc cum ambulat · Hanc diſtinctionem
applicat ad propoſitum dicēs · Eodem mo-
do ſi quid prouidentia diuina preſens vi-
det illud eſſe neceſſe eſt ſcilicet ea conditio-
ne qua prouiſum eſt & qua ponitur ſibi p̄-
ſens quamuis nullam habeat neceſſitatem
nature · ſed deus ea futura contuetur tanq̄
preſentia que ex libertate arbitrij prouenī-
unt · igitur hec relata ad intuitum diui-
num fiunt neceſſaria per cognitionem diui-
ne notionis · per ſe vero · id eſt in ſui natu-
ra non habito reſpectu ad diuinam cogni-
tionem ipſa non deſitiunt ab abſoluta id
eſt a perfecta libertate ſue nature · Notandum
ſm intentionem Boecij iſta ratio
Quicquid eſt prouiſum a deo neceſſario e-
uenit ſoluitur · dicendo q̄ verum eſt q̄ ne-
ceſſario euenit neceſſitate conditōnata · ſed
non neceſſitate abſoluta · Alij aliter ſol-
uunt q̄ illa propoſitio eſt vera in ſenſu com
poſito · ſed falſa in ſenſu diuiſo · vnde cum
dicitur · Quicquid prouiſum eſt · neceſſario
euenit · verum eſt in ſenſu compoſito · quia
impoſſibile eſt prouiſum a deo non euenire
tamen in ſenſu diuiſo falſa eſt · quia euen-
tus rei ſaltem contingentis in ſe non eſt
neceſſarius : ·
Fient igitur procul dubio cuncta que : ·
Hic philoſophia concludit ex p̄dictis q̄ iſta
ſimul ſtant · q̄ aliqua ſm ſe ſunt contin-
gentia & incerta que tamen certitudinali-
ter eueniūt inquantum preuiſa a deo · Se-
cundo obicit contra hec · ibi · Quid igitur re-
fert non eſſe neceſſaria cum · Primo dicit ·
Procul dubio cuncta futura fiunt que de⁹
prenoſcit eſſe alioquin falleretur diuina pro
uidentia ſed quedam eorum proficiſcuntur
id eſt procedunt de libero arbitrio ita q̄
quantum eſt de eſſe ipſorum poſſunt non
euenire · Vnde ſubdit que q̄uis eueniant
tamen non amittunt propriam naturam
libertatis · quia priuſq̄ fierent potuiſſent
nō euenire · Nota q̄ tota intentio · Boecij
fundat̃ ſup̱ hoc q̄ aliquid libere futurꝫ ex
ſui natura ī comptōne ad preſciētiā diuinā
neceſſario euenit & tal' ē neceſſitas ꝯditōna
ta quia ī q̄ntũ p̱uiſuꝫ ē ſic neceſſario euenit
ſed nō abſolute circũſcripta preuiſione : ·
Quid igitur refert non eſſe neceſſaria cũ : ·
Hic obicit cōtra ſolutionem & ſoluit obiec
tionem · Secundo contra illam ſolutionem
iterum obicit · ibi · Sed ſi inquies in mea ·
Obiectio in hoc conſiſtit · Ex quo futurum
contingens p̄ſcitum certitudinaliter euenit
& neceſſario non videt̃ eē dr̄a int̃ contin-
gens & neceſſariũ · vnde dicit · Quid igit̃
refert contingētia & libere futura nō eē ne-
ceſſaria cũ ipa eueniāt inſtar · i · ad ſimili-
tudinē neceſſitatis · Tunc ſoluit dicēs · Q̄
int̃ euentũ neceſſariũ & contingētē hoc re-
fert q̄d manifeſtũ apparet p̱ exempla que
pauloan̄ poſui ſcꝫ q̄ ſol oriens & hō gradi
ens q̄ dum fiūt non fieri nō poſſunt · & ita
vtrũq; eſt neceſſariũ ſub conditione p̄ntie ·
p̄ntia eñi neceſſe eſt eſſe dum ſunt p̄ntia ·
tñ vnũ eorũ ſcꝫ ſol oriens priuſq̄ fieret ne
ceſſe erat exiſtere · Alterꝫ vero ſcꝫ hō gra-
diens minime habet neceſſitatem fieri an-
teq̄ fiat ita etiā illa q̄ de⁹ habet p̄ntia pro-
cul dubio exiſtūt p̱pt̃ neceſſitatem conditi
onis qua ſunt p̄uiſa euenire tāq̄ preſentia
Sed eorũ q̄ ſic ſunt p̄uiſa hec de rerũ ne-
ceſſitate d̄ſcēdit ſicut ſolē oriri · aliud d' po-
teſtate faciētiũ ſcꝫ hominē ambulare · ex q̄
concludit ideo nō iniuria diximꝰ hec pri⁹
q̄ illa que contingenter eueniunt ſi re-
ferantur ad diuinam noticiam ſunt neceſ-
ſaria ſcilicet ex conditione diuine ſcientie
Si vero per ſe conſiderent̃ ipa ſunt abſo-
luta a nexibꝰ · i · a vīculis neceſſitatis quod

manifeſtat ꝑ ſimile · ſicuti ſi id quod patet
ſenſib⁹ referas ad ratiõẽ tũc ẽ vniuerſale
Si aũt referas ad ſenſum tũc ẽ ſingulare
Notandum ꝙ ſi idem relatũ ad diuerſa
poteſt eſſe vniuerſale & ſingulare videtur
ſimiliter ꝙ idẽ compatũ ad diuerſa poſſit
eẽ cõtingens & neceſſarium · Nam parti⸗
culare habet ratiõẽ cõtingentis & vniuer
ſale rationem neceſſarij · Sed videmus ꝙ
humana natura cõpata ad intellectũ agẽtẽ
abſtrahentẽ a condicionib⁹ indiuiduantib⁹
& cõpata ad intellectum poſſibilem habet
rationem vniuerſalis ſed compata natura
humana ad ſenſum qui particulariter cõ⸗
prehendit habet rationem ſingularis · Nã
vniuerſale eſt dum intelligit̃ · particulare
vero dum ſentit̃ · ſimiliter erit de futuro
cõtingenti ꝙ ipm̃ cõpatũ ad diuinã p̄ſciẽ⸗
tiã ẽ neceſſarium cõdicionaliter. in ſe autẽ
conſideratũ habet ſe contingenter :·

Sed ſi in mea inquies :· Hic obicit contra
ſolutiõẽ iam dictam & ſoluit illã obiecti
onẽ · ſecũdo mouet dubitatiõẽ ibi · Quid
igit̃ · primo dicit · Tu obicies contra ſolu⸗
tionẽ ſic · Si in mea poteſtate eſt mutare
ꝓpoſitũ meũ ſcꝫ currendo vel nõ currendo
ego euacuabo · i · fruſtrabo ꝓuidẽtiã diui⸗
nã cũ ego mutauero illa q̃ p̄nouit eẽ futura
Ipſe ſoluit dicens · Ego reſpondebo te poſ
ſe flectere · i · mutare ꝓpoſitũ tuũ ſed veri⸗
tas ꝓuidentie illa intuet̃ illud te poſſe ſcꝫ
mutare ꝓpoſitũ · & an facias ꝙ ꝓpoſitum
mutas & ĩtuet̃ quo conuertas tuũ ꝓpoſi⸗
tũ ideo ſcias te nõ poſſe vitare diuinã p̄ſci⸗
entiã ſicut q̃uis libera voluntate te conuer
tas in varias actiones tu nõ potes effugẽ
intuitũ p̄ſentis oculi Nota ꝙ licet homo
poſſit mutare ꝓpoſitũ ſuũ ꝑ hoc tñ nõ ef⸗
fugit p̄ſciẽtiã diuinã quia de⁹ illã mutatõ
nẽ p̄noſcit · poſito em̃ ꝙ deus p̄uideret te
cras ituꝝ ad forũ q̃uis poſſis nõ ire & ꝓpo
nas non ire · nõ tñ nõ ibis quia de⁹ p̄uidet
ſimul & ꝓpoſitũ & poteſtatẽ nõ eundi &
mutatiõẽ ꝓpoſiti & actiõẽ eundi & ideo
non potes aliquo modo effugere eius pre⸗
ſcientiam :·

Quid igit̃ inquies :· Hic mouet dubitatio⸗
nẽ dicens · Tu forte inquies quid igit̃ cõ⸗
tingat ex iſta ſolutione mutabit̃ ne ſcien⸗
tia diuina ex mea diſpoſitõne · i · ex mea va
riatione ſcꝫ cũ ego nũc volo hoc nũc aliud
videt̃ ne p̄ſcientia diuina ex hoc alternare
· i · mutare vices ſuas cognoſcendi · ipe rñ⸗
det · minime contingit hoc ꝙ diuina ſciẽtia
mutet̃ quia diuin⁹ intuit⁹ ꝑcurrit omne
futurũ & retorquet illud ad p̄ſentiã ꝓprie
cognitionis cognoſcendo omnia ſimul tan
q̃ p̄ſentia nec altnat · i · mutat vices ſuas
ꝑ cognoſcendi nũc hoc nũc illud ſucceſſiue
ſicut tu eſtimas ſed manens liber a muta⸗
tione vno ictu ꝑuenit & complectitur tuas
mutationes q̃ p̄ſentiã cõprehendendi oĩa
tanq̃ p̄ſentia deus non ſortit̃ ex reb⁹ fu⸗
turis ſed ex ꝓpria ſimplicitate ex quo re⸗
ſoluit̃ · i · declarat̃ illud q̃d pauloañ poſuiſti
ſcꝫ indignũ eẽ ſi futura noſtra dicãt̃ p̄ſta⸗
re cauſam ſcĩe dei · virtus em̃ ſcientie diui⸗
ne cũcta complectens p̄ſentialit̃ ipa impo⸗
nit modũ omnib⁹ reb⁹ quia ſcientia dei eſt
cauſa reꝝ ipa vero nihil debet̃ ipſis rebus
quia nihil ab eis accipit ſicut nos accipi⸗
mus ſcientiã a reb⁹ Nota ſi deus ſimul
non cognoſceret ea que ſucceſſiue eueniant
in tempore tunc ſcientia dei eẽt variabilis
ꝓpt̃ hoc ꝙ cognitionem vnius ſuccederet
cognitio alterius · ſed quia oĩa ſimul cog⸗
noſcit tanq̃ preſentia ideo in ſua ſcientia
non cadit variatio vt p̄us neſciat eẽ aliq⁹
& poſtea ſciet · vel ꝙ p̄us ſciat hoc non eẽ
& poſtea eẽ · immo ſimul omnia cognoſcit
& ideo ſimul ſcit aliquid nõ eẽ ĩ vna diffe
rentia temporis menſurantis rem · & eẽ in
alia differentia temporis :·

Que cũ ita ſint :· Hic concludit ex p̄miſſis
compaſſibilitatẽ liberi arbitrij cũ p̄ſciẽtia
diuina dicens · Que cũ ita ſint vt p̄dictũ ẽ
manet libertas arbitrij intemerata · i · ĩcor⸗
rupta · Nec leges ꝓponunt hoĩb⁹ penas &
p̄mia inique · i · iniuſte volũtatib⁹ noſtris ſo
lutis · i · liberatis ab õni neceſſitate manet
etiã immobiliter deus p̄ſcius cunctoꝝ &
p̄ſens eternitas ſue viſionis concurrit cũ
futura q̃litate ſcꝫ bonitate & malicia no⸗
ſtroꝝ actuũ diſpenſans · i · diſtribuens bo⸗

nis p̃mia & mal' ſupplicia· neč fruſtra ſunt
poſite p̃ces & ſpes in deo que non poſſunt
eẽ inefficaces cũ ſint recte ¶Nota ex quo
ꝓpt' liberũ arbitriũ poſſunt res ſic & aliter
euenire non iniuſte bonis premia & malis
ſupplicia ꝓponũt· nec ſpes & p̃ces fruſtrã
tur· fruſtrarent' autẽ omnia hec ſi omnia
vinculo neceſſitatis vterentur ſicut patet
ex dictis:·

Auerſamini igit' vicia:· Hic ph̃ia ſubiun
git exhortationẽ vtilẽ dicens· Ex q̃ ſic eſt
ꝙ nõ eſtis coacti neceſſitate ad faciendum
aliquid ſed manet in vobis libera volũtas
ideo auerſamini·i·ſpernite vicia ne per ea
iuſte incurratis penas· colite·i·exercete v̇
tutes ꝓpter quas merita conſeq̃mini· ſub
leuate animũ veſtrũ ad rectas ſp̃es que in
veram beatitudinẽ tendũt· porrigite inex
celſum ſcz ad deũ humiles p̃ces & hoc me
rito faciatis quia ſi non vultis diſſimilare
auertẽdo animũ veſtrũ ab his tũc magna
vobis ẽ ĩdicta neceſſitas ꝓbitatis·i·v̇tutis
quia illud qđ agitis non pȯteſt latere illũ
qui eſt iudex actuũ veſtroꝝ· Vñ ſubdit·
Cum agitis ante oculos ·i· cum actiones
veſtre ſint in ꝓſpectu iudicis cuncta cer
nentis ſcz dei ¶Nota vicia ſunt ſpernẽda
quia reddũt hominẽ ſeruilẽ nam qui facit
peccatũ ſeruus ẽ peccati· Et Seneca dicit
Si ſcirẽ deos peccata ignoſcituros & ho
mines ignoraturos adhuc ꝓpter vilitatem
peccati peccare erubeſcerẽ· Virtutes autẽ
ſunt colende quia virt⁹ eſt que habentem
ꝑficit & opus eius bonum reddit· Recta
ſp̃es & recte preces ſunt deo porrigende·
quia his deo coniungimur· & ipſum allo
quimur & ſi non diſſimulam⁹ negligendo
p̃dicta magnam virtutis ꝓbitatem nobis
indictam & promiſſam inde conſequemur
quoniã omnia que agim⁹ ſunt in ꝓſpectu
dei cuncta cernentis. ſicut enĩ ſcribitur ad
hebreos·quarto·omnia nuda & apta ſunt
oculis eius qui eſt deus benedictus in ſe
cula ſeculoꝝ AMEN:·

¶Hic liber Boecij de ꝯſolatione philoſophie in textu
latina alemanicaq; lingua refertus ac tranſlat⁹ vna
cũ apparatu & expoſitione beati Thome de aquino
ordinis predicatorum finit feliciter· Anno domini
M·CCCC·lxxiij·xxiiij·menſis July·

¶Condidit hoc Ciuis alũnis Nurembergenſis
Opus arte ſua Antonius Coburger